



R-11557

# FRANCISCI VERGARAE DE GRAECAE LINGVAE GRAMMATICA LIBRI QVINQVE.

Del Coll.o de la Comp.a de Jhs de Granada

Opus nunc primum natum & excuſum.

LIBER Primus habet exempla inflexionum partium orationis declinabilium, & ſpecies indeclinabilium.

SECVNDVS Agit de omnium accidentibus. In quo præcepta imprimis declinandi coniugandiq; traduntur.

TERTIVS Eſt de conſtructione octo partium orationis.

QVARTVS De literis & ſyllabis. et de earum accidentibus. In quo de Orthographia agitur: item de Proſodia copioſius, hoc eſt de tonorum atq; ſpirituum ratione, deq; ſyllabarum quantitate.

QVINTVS Dialectorum, Cõmunis videlicet, Atticæ, Ionicæ, Doricæ, atq; Aeolicæ idiomata: et Poetarum proprietates recenſet.

Adiecta ſunt per Autorem tribus libris mediis SCHOLIA non pœnitenda. Item poſt Epiſtolam Nuncupatoriam Admonitio quædam ad lectorem præfationis vice, de operis ordine, ſimulq; de eius perdiſcendi modo, et de Græcanici ſtudii ratione. Deinde ſequuntur Precatio Dominica, Duæ ſalutationes ad beatam virginem, Symbolum Apoſtolorum, & octo Beatitudines iuxta Matthæum Cap. V.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

# FRANCISCVS VERGARA PERQVAM REuerendis ac Magnificis viris. D. Rectori et Collegis Inſignis Collegii diui Ileſonſi, Scholæ Complutenſis moderatoribus. S. P. D.

LVCVBRATIONES MEAS DE Græcæ linguæ Grāmatica, ſub veſtro potiſſimū nomine in publicū exire volui viri præſtantiſſ. cū ꝙ omnis ingenii ſtudiiꝗ; mei fœtus priuatim vobis debeatur: tum ꝙ veſtro primū impulſu cōceptæ, vr̄a deinde benignitate & pfectæ ſunt, & nunc demū edūtur. Profecto ſi qd vllius eruditionis in me eſt, id ſcholæ veſtrę libēs acceptū fero. In qua à puero ad hanc vſq; ætatē educatus, diſcipulū primū egi, poſtea pręceptorē. Qđ ipſum facile mihi de vobis pſuadet: patrocinū illud, qđ prouehēdis literis præſtare cōſueuiſtis, clientis alūniq; veſtri laboribus nō negaturos. Theologica certe philoſophicaq; profeſſio vnà cū iſto ſplendido adminiſtrādæ reipub. literarię munere vos obſtringūt, ad linguarū ſtudia promouēda, quibus vtiq; penitiora diſciplinarū arcana reſerātur. Habetis exēpla mādataq; domeſtica optimi illiꝰ Mecœnatis FRANCISCI preſbyteri Cardinalis Archiepiſcopi Toletani veſtri muſæi cōditoris. Quē ſcitis hoc per ſe annixū, deinde etiā priuatis ſanctionibus impoſterū cauiſſe, vt linguarū profeſſio ex hoc gymnaſio per Hiſpaniā propagaretur. Suppetunt adhuc pręclara alia teſtimonia à vobis ipſis profecta. Quorū eſt celebre Collegiū nuper diuo Hieronymo p vos dicatū. vbi tres linguæ, quas dn̄s ac magiſter noſter Ieſus Chriſtus in cruce pendens ſuo ſacroſancto ſanguine conſecrauit, excolūtur. Hic tyrones philogloſſi, auſpicato ſacri nominis ſymbolo, pro ſcripturarū ſynceritate adipiſcenda tuēdaq;, ſub ſalutiferæ crucis ſigno: aduerſus elingues & deprauatores ſedulo dimicāt. Nimirū id Hieronymi ſanctiſſimi viri exēplo conati, vt linguarū adminiculo diuina volumina proxime intimeq; ſcrutētur. Salaria quoq; pręceptoribꝰ & collegis linguarum cādidatis per vos aucta ſatis oſtēdunt, quāti eas faciatis. Nō eſt huius loci referre, quāta dexteritate negociemini, vt res theologica, liberaliūq; artiū et medicinæ, ac iuris Pōtificii ſtudia, maiora indies incremēta ornamētaq; ſuſcipiant. Veniā ad græcas literas, quas quū apud vos æque excultas optaretis, à me efflagitaſtis, vt de illis aliquid cuderē diſcipulis prælegēdū: mei



muneris eſſe dictitantes, qđ gymnaſio vr̄o deeſſe videbatur ſupplere. Prodiiſſe iāpridē ex eo grāmaticæ latinæ & hebraicæ inſtitutiones abſolutiſſimas. græcas à me expectari: quæ eidē & ornamēto & vtilitati eſſe poſſent. Ego vero tātę expectationi impar, dū merito prouinciā detrecto, autoritate vr̄a acrius impellor, donec preſſus tandē oneri ſuccūbo. Non hic referā propriæ imbecillitatis impedimentū: nō tēporis anguſtiā, intra quā opus exegi: non codicū quorundā græcorū, qui adiumēto eſſe poterant, egeſtatem: non nauſeā, ex inamœnis ſparſiſq; præceptorū ambagibus ſubinde emergentē. Tantū in ſumma teſtor vigiliis ſummis, laboribus improbis, tædiiſq; moleſtiſſimis, mihi cōſtitiſſe hoc quidqd eſt operis. Qđ tamē ſi vobis probabitur, erit cur & mihi ipſi nūc gratuler, operā hanc non fruſtra collocatā: & impoſterū pollicear, vr̄o calculo ſtudioſis cōmendatū iri. Obſtrepant licet ac rūpantur alieni laboris fuci, hoc eſt inertes quidā atq; inuidi oſcitatores, qui quidqd aut ignorant, aut aſſequi nō potuerunt, cōtinuo improbant, arrodunt, & perditū volūt. E quidē vt nō inficias eo, multa inueniri poſſe in his libris cēſoria animaduerſione digna: ita inuidiæ morbo infectos, ab eorū cenſura repellendos iure cōtendo. Zoilos cenſores nolo, Ariſtarchos facile patior. Atqui, hęc (inquit Ariſtarchus cēſor) à te pręter miſſa ſunt, quę addita oportuit: illa rurſus otioſe adiecta. hęc triuialiter aut alioqui nō apposite dicta: illa præter aliorū ſententiā ordinēue tradita. Hic me purgaturus, primū omniū diſpici in ſingulis poſtulabo: num quæ prætermiſſa videtur, cōmodiori loco reſeruata, aut alioqui de induſtria omiſſa ſint. nēpe quo præcepta minus impedirētur. Quandoquidē ſimplicius in genere tradi ſolent, quæ frequētius accidūt. Deinde num aliqua rudiū atq; imperitorū interſit, multis explicari. num etiā triuiali ſtilo & craſſa minerua quędā pręcipi. num ab aliorū ſententia ſiue ordine merito diſceſſum ſit. Præterea num alii vel ſępius in eiuſcemodi, vel grauius peccauerint. Poſt id examē, ſi multa inuēta ſint quæ iure dānentur, hic vos citabo primū. quorum autoritate imperioq; ad maturandā editionem impulſus ſum. Deinde Ariſtarchi iudicis appellata conſciētia, Flaccū aduocabo, qui pro me reſpōdeat. Quandoq; bonus dormitat Homerus. Et iterū. Verū opere in longo fas eſt obrepere ſomnū. Qđ ſi inſolens hoc aut alienū patrocinū videatur: Martialem adducā. vt mihi diſticho adſit, quo cuidā Auito eius epigrāmata carpenti ad hunc modū ſeſe purgat. Sunt bona, ſunt quædā mediocria, ſunt mala plura. Quæ legis hic. aliter non fit Auite liber. Nullum ſane

opus quantũuis preſſum in vulgus editur, cui non aliquid etiam ab impe
ritioribus deeſſe iudicetur ad eius abſolutam effigiem. Agnoſco me ho=
minem errori obnoxium, ſed paratum ad eum corrigendum: quoties re
cte admonitus fuero. Idcirco ſtudioſos ſtudiorumq; profectui beneuo=
lentes oratos velim: vt errata quæcunq; in hiſce libris deprehenderint, ad
incudem, hoc eſt ad meipſum perferenda curent. Cũ Zoilis vero, Momis,
Democritis, Sycophantis & Miſoglottis non eſt animus verbum com=
mutare. Meretur hoc improbitas: vt etiam quum bene monet, ſpernatur.
Vobis vero doctiſſimi viri animum iſtum nunquàm non gratulabor.
Quos identidem oro hortorq;, vt pergatis philoſophicas ac theologi=
cas diſertationes exacuere. linguarum quoq; ſtudia, & quas non ſine cau
ſa bonas vocant literas, prouehere: deq; illarum ſtudioſis bene mereri. et
vt paucis cuncta complectar, illuſtria tanti patroni facinora æmulari.

Valete.

Ex Luciani epigrammate diſtichum.

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι διακριδὸν ἐστι νόημα.
Ἀλλ᾽ ὃ σὺ θαυμάζεις, τοῦθ᾽ ἑτέροισι γέλως.

Idem latine.

Editur humana eximium nil mente. Sed illud
Quod tu miraris, ridiculum eſt aliis.

Alterum ex Martiale, In inuidum

Qui ducis vultus, et non legis iſta libenter:
Omnibus inuideas liuide, nemo tibi.

Idem græce. Εἰς φθονερόν.

Ὅςις ταῦθ᾽ ὁράας χαλεπῶς, ἀέκοντί τε θυμῷ.
Αὐτὸς μὲν πᾶσιν, σοὶ δέ τις οὐ φθονέοι.

Ex Horatio.

Vos exemplaria Græca
Nocturna verſate manu, verſate diurna.

# AD LECTOREM DE ORDINE OPE-
ris et de ratione ſtudii Græcanici.

IN REM TVAM FORE EXISTI=
mo bone Lector, ſi noſtri operis ordinẽ, ſimulq;
perdiſcẽdi eius, inq; reliquo græcitatis ſtudio pro
ficiendi rationem, initio tibi aperiam. Primũ igi
tur, quoniam hæc latinis hominibus parabam, in
multis illorũ præceptores imitatus ſum: et quæ=
dam è grãmatica latina iam cognita, aut ſaltem pe
tenda, præterii. Deinde quia Hiſpanis meis im=
primis conſultum cupiebam: apud quos Antonii Nebriſſeñ. Grãmatica
latina ſola in ſcholis merito regnat: hanc in quibuſdam æmulari ſtudui.
Quæ itaq; formulas declinationum & coniugationum in libro primo ſeci=
ſum poſitas vides, illius imitatio eſt. Scholia quoq; eiuſdem exemplo ad=
didi: ne parerga quæuis cum præceptis generalibus implicarem. Parer=
ga iſta (inquis) cur non omiſiſti? Quia quædam à prouectioribus deſide
rantur: alia etiam aliis ad ſenſum artiſue cognitionem opitulantur. Neq;
enim omnia parerga dicenda ſunt. Hoc quoq; ab aliis qui græcę grãmati
cæ inſtitutiones ediderunt, aliis rationibus factitatum animaduertimus.
Theodorus Gaza quæ libro primo τῶν εἰς τέσσαρα rudibus tenuiter deli
niarat, ſecundo plenius deſcribit & fuſius. Quod itidem Cõſtantinus Laſ
caris facit. Alii nuper tractatuũ, coronidum, appendicum, & id genus ti=
tulis, ea ferme diſcreuerunt, quæ à nobis in ſcholia ſeiũcta ſunt. Adiecimus
præterea in primo libro poſt inflexionum formulas, variorũ exemplorũ
ſyluam. vt in promptu eſſent ad exercitationem. Quædam etiam ex rece=
ptis non ſine cauſa mutauimus. Alia diſcentium compendio conſulentes,
ſtrictius quã antea habebantur propoſuimus. Quorũ rationes quia in li=
bri ſecũdi ſcholiis magna ex parte redduntur, nunc omittimus. Secundus
præcepta habet declinandi & coniugandi. in quo nõnulla aliter quã hacte
nus diſpoſita ſunt. ſed præſertim verborũ anomalorũ negociũ. quod à ne=
mine exacte aut cõmode tractatũ video. Tertius deinceps ſequitur de con=
ſtructione. vbi præceptis diſtincte propoſitis claſſicorũ authorũ loca ſere
ſubiiciũtur. propterea ꝙ, vt Seneca inquit, lõgũ iter eſt per præcepta, bre=
ue & efficax per exempla. Quartus de orthographia & proſodia tractat.
Huius prima cap̃. quæ literarũ rudimenta continent, ideo poſt librum de

conſtructione collocauimus: ꝙ is proprius videbatur ad agendum de lite-
ris locus, vbi de orthographia & ſyllaba alia multa dicenda erant. ſed quo-
rum plæraq; non niſi poſt priorum cognitionem attingi deberent. vt pu-
ta de ordine & cognatione literarum, de recte ſcribēdi ratione, de tonis, de
ſpiritibus, & de ſyllabarū quātitate. Quintus vltimo loco habet dialecto-
rum & poetarum differentes vſus. quos quidam inepte cōmunibus per-
miſcent. Nunc autē præcepta hæc, aut alioqui ſimilia ꝑdiſcendi expeditā
rationē, iis qui præceptoris ope deſtituti ſunt, ſi à me expectēt, haud graua
bor exponere. Non ego exigā à græcitatis candidato ingenioſam ſolertiā,
non animū cōnſtantē, & ab impudenti oſtentatione ac ſordidis negociis li
berum, non bonarū literarū amorem, non latini ſermonis peritiam. non
eruditionis aliquantū, non certū temporis internallū in ſingulos dies rudi
mentis deſtinatū, non moderatū deinde exercitium, non deniq; librorū ſu
pelectilem. Quanquā horū multa nitenti ad faſtigiū euadere omnes neceſ
ſaria iudicant. Et alioqui taliū defectu euenire iampridē animaduertimus,
vt rari apud nos ad vtriuſq; linguæ meſſem perueniant. Sed nos viam indi
camus: viaticum ſibi quiſq; iuxta propriam facultatem parabit. itineris
quoq; tempus, vt integrum aut cōmodum fuerit, præfiniet. Principio
igitur feſtinationem & curā à tyrone requiro: ſed ita lentas, vt ſuo quæq;
ordine ſtudeat cognoſcere, cognita iugi exercitatione retinere. Nam (vt
exemplo quod frequens video vtar) in primis elementis orthographiæ to
norum ve rationem ſcrupuloſe inquirere: aut de ſingulorū vocabulorū ſi
gnificationibus inter declinandū admodū ſollicitū eſſe: ambages quærē-
tis eſt, ne recta ad ſcopum perueniat. Quando itaq; à literis neceſſario eſt
incipiendum, primum omniū vnà cum figuris, receptas earum ac diph-
thongorū prolationes dignoſcet: apicum item & aliorū ſcripturæ ſigno-
rum ductus officiaq;. Hæc docebunt elementariæ tabellæ, quales per nos
ſeorſum editæ ſunt. Neq; interim aut literarū nexus, aut ſyllabarū compen
dia ſpernet. Imò ea è variis typis ære & manu ſcriptis expiſcabitur. Minu
ta ſunt hæc: ſed quæ primo neglecta, longo poſt tempore torquent. Mox
ad initia libri primi & ſecundi accedens: vbi de articulorū inflexione & ac-
cidentibus agitur: ſecundi præcepta cum primi exemplis conferet. Idem
continuo in nominibus faciet, in quibus declinandis aliquandiu immora-
bitur. Qui tamen ad ſyntaxin properabit, quintæ declinationis multipli-
ces formas & contractorum atq; heteroclitorū varietates ſummatim attin



gere poterit: donec nomina quæ poſtea incident, regulis per otium accō
modet. Poſt id pronomina ſuccedent, latinis non admodū diſſimilia. De-
inde verba barytona. Quorum exemplū τύπτω penitus addiſcendum.
In temporū formationibus, literarum deſignatiuarum vbiq; oportebit
meminiſſe. Exercitiū quoq; in formandis infleciendiſq; ſingularum con-
iugationum verbis frequens eſſe debet. Quorum alteram ſyluam ea de cau
ſa libro primo appoſuimus. Poſt barytona verba, circūflexa ordine ſequū
tur, in quibus non multum eſt quod torqueat, cognita barytonorum for-
matione. Tertiū genus deſinentiū in. μι. curioſe rimabitur, non contentus
quatuor illa exempla libro primo ante reliqua explicita nouiſſe. Deinceps
anomala omnia aggredietur, quib9 memoria reperēdis aſſidue exerceri cō
uenit. Crebro enim ea in orationē incidētia, negociū faceſſunt inexpertis.
Impſonaliū vero deductio minimi eſt negotii: et participia inter verba for
mata, regulis de inflexione nominū ſubiacent. Accidentia vero ſpecieſq;
partium indeclinabiliū ex eorundem priorum librorū calcibus attinget.
Ab his conſtructionum præceptiones ſuſpenſa manu verſabit: ſi modo
integrum ſeſe authorum lectioni ſeruare volet. Alioqui non inutiliter in ter
tio libro conſiſtet. Authorum teſtimonia in eo citata cum latinis interpre-
tationibus è veſtigio adiectis, pro græca lectione, proq; latina verſione eſ
ſe poterunt. vnde citius phraſeon & ſyntaxeon formas colliget, quàm ex
authorum longis ſparſiſq; periodis. Cum his, aut ſaltem poſt hæc deguſta
ta, libellum aliquem facilem aſſumet. vt puta Aeſopi fabellas, ſapientum
γνώμας, Apophthegmata quæpiam, qualia collegit Arſenius. Iſocratis
præcepta moralia, Luciani breuiores Dialogos. aut eius generis aliquid
quod feſtiua breuitate, vel ſententiæ vtilitate arrideat. ſed non ſine latinæ
interprætationis auxilio. Qui à ſacris potiſſimum libris auſpicari in ani-
mum induxit: habet vetus teſtamentum per ſcholæ noſtræ parētem mul
tiplici lingua excuſum, adiectis interlinealibus ſcholiis, quæ voces græcas
totidem latinis ſigillatim interpretantur. Habet etiam noui nouam Eraſmi
tranſlationē cum copioſis annotationib9. Exordietur autē, ſi me audiet, vel
à. D. Luca, vel à ſapientiæ aut Maccabæorum voluminibus. ꝙ hæc He-
braiſmum minus redoleant: pluſq; græcanicæ phraſeos retineant, quā cæ-
teri. In excutiendis igitur verbulis, præceptorum depoſitum à ſeipſo ex-
poſcet. hoc eſt ſingularum dictionum rationem grāmaticam. Obliquus à
quo recto naſcatur, quaq; forma in genitiuū exeat. quod nomen contra-

ctum, quodq; heteroclitum, quæ certa ſubſtātiuorum genera, & quales adiectiuorum deſinentiæ. Quod deriuatiuū, & vnde veniat. Eadem ferme à memoria repetet in pronominibus participiis & articulis. Præpoſitionum vſus compoſitioneſq; initio perfunctorie, poſtea diligentius tractabit. Aduerbiorum & coniunctionum ſignificatis apta latina perquiret. Verbum vero (quod omnium primum ac præcipuū in omni oratione eſt) accurate ſemper obſeruans, ſit ne anomalum an regulare, & in. ω. barytonum circumflexumue, an in. μι. deſinat, iuxta libri ſecundi præcepta, quæ diu præmeditata habere oportet, per reſolutionem rimabitur. Deprehenſum qualecunq; thema ad dictionarii indicem adducet, vt ſi is legitimū indicet, coniectura ad ſimilia confirmetur: ſin adulterinum, ad aliud explorandum redeat. Tandem inuentum, conducet in margine libri adſcribere. Ad quæ inueſtiganda plurimū habent adiumenti libelli quidam nuper editi, in quibus id genus minutiæ aperte demonſtrantur. Quū his adminiculis tantū profecerit, vt inflectendi fontes riuoſq; facile inueniat: ad ruminādos ſyntaxeos canones regredietur, orthographiā interim non contēnens. Longioribus poſtmodum epiſtolarū aut librorum clauſulis aſſueſcet, authorū iucunde ac leniter fluentium, quales Xenophon, Iſocrates, Lucianus, Heſiodorus, Baſilius, Chryſoſtomus, & Libanius: nunc adhibita latina interpretatione, quæ nitida ſit & facilis: eademq; viciſſim depoſita, vt ſeipſum quid poſſit aliquando experiatur. Iam inde ipſe quoq; aliquid interpretari audeat. Nec pigeat verſionem ſuam qualemcūq; fruſtulatim, & per ſingulas clauſulas cum aliena componere. Neq; protinus animū deſpondeat, quū ſe offendiſſe, aut minus apte græca reddidiſſe, ex collatione intellexerit. Quando diſciplina nulla eſt (vt inquit Iunius Columella) in qua nō peccando diſcatur. Hic lexicum græcolatinum neceſſario conſulendum erit, quod tamen expediet antea euoluiſſe, vt quæſita citius inueniantur. Quū ad eum modum periculum ſui carptim fecerit, libros iam integros, ſi animus ferat, ſed frugiferos, aggrediatur, Ariſtotelis videlicet Politica, Ethica, Oeconomica, & de animalibus, Herodiani hiſtoriā, Plutarchi vitas ac moralia, & ſimiles, adhibita latina interpretatione quæ fidelis apta & elegans ſit, quales habentur Gazę, Politiani, Laurentii Vallę, Guarini, Budęi, & Eraſmi. Quod ipſum diſcipulis quoq; cōſuluerim. Nempe vt quā citiſſime à præceptore ad priuata exercitia ſe cōferant. Præſtabit aliquādo duas horas in his collocare, q̄ decē in publica auditione. Nullos certe min⁹ pro-



ficere videas, quā annoſos iſtos gymnaſiorū hoſpites. Q̄d audis, vt ab alieno profectū ingenio, min⁹ auide excipis, vtcūq; exceptū, citi⁹ excidere pateris, q̄ quod paulatim ipſe proprio marte collegeris. Hoc placet & mente penitus recōditur. Nō prohibeo præceptoris viuā vocē, ſi ea cōtingat. Sed nolim te huic ita fidere, vt aut nunquā, aut ſero ad mutos magiſtros ab illo demigres. Quū iam roboris aliquantū collegerit tyro, magis ardua tentabit, vt Thucydidē à Valla verſum, Platonem à Marſilio, Demoſthenē, & rhetoras, ſophiſtas, medicos, ac mathematicos q extāt. Pauſaniā quoq; Athenæū, D. Gregoriū, & alios. Ad quorū multa loca intime pnoſcenda in cōſiliū adhibebit, G. Budæi vnici Gallię decoris cōmētarios in linguā græcā accuratiſſimos iuxta atq; doctiſſimos. Quib⁹ mea quidē ſentētia, nihil vnq̄ prodiit vtriuſq; linguę ſtudioſis æque frugiferū. Hic authorū quāplurima loca enarrata reperiet. Locutiones quoq; vtriuſq; linguę inuicē appoſite reſpōdētes. Particularū indeclinabiliū vſus varios, aptaſq; latinas ſignificationes. Verborū etiā, & cęterarū orationis partiū ſyntaxes. Tūc tonorū & orthographiæ canones exactius iam & accuratius diſcutiet. Quorū in Etymologici authore multi ſunt ex occaſione diſperſi. Sed apud Gazā lib. iii. cōplures reperiet ex profeſſo collectos. Choeroboſcū de orthographia citatū ſolūmodo video, ſi legere cōtigiſſet, locupletior fortaſſe ea pars in hoc opere prodiiſſet. Inde eī Theodorū hauſiſſe auguror. Frequens quoq; lectio nōnulla eiuſmodi memoria infiget, ſed efficaci⁹ deſcribēdi mora, deſcriptaq; cū archetypo cōferēdi cura. Ad ſcriptores cęteros Ionica vſos dialecto, ex qb⁹ præter poetas, Hippocratē habem⁹ & Herodotū, itē ad Doricos, quales imprimis extāt Archimedes Geometra, & ex poetis Theocrit⁹, ambo Syracuſani, nō pri⁹ accedet, q̄ cōmunis & Atticę ꝓprietates in prōptu habeat, q crebrę mutationes cōmunib⁹ regulis obſtrepētes à recto tramite nouitiū auocent. Tūc poetas quoſlibet adire poterit, ſi prius pſuaſum habeat: multa in illis eſſe propria vocabula, multas quoq; aliena cōmuniaq; variādi formas, dialectis itē omnib⁹ plæroſq; vti: ſed tamē vnā aliquā præcæteris vnicuiq; eſſe familiarē. Verſionē igitur comitē ſibi parabit, q̄ verbū verbo reddat. Quales habem⁹ Muſęi, Batrachomyomachiæ & Gregorii Nazīazeni. Poſtea q̄ ſenſum fideliter exprimat, qualis eſt Iliadis p Laurētium Vallā, Nā Odyſſea ſemel p Volaterranū, & iterū per neſcio quē latina facta, infœlix eſt & infida. Deinde in Euripide verſu latino reddito exercebitur, mox ad eūdē modū in Homero, Heſiodo, Theocrito, Callimacho,

Orpheo & epigrāmatis. Itē in Ariſtophane & Sophocle, ac poſtremo in Pindaro. Ad hos oēs intime ꝑcipiendos ſcholia gręcanica cōſulet. In Theocritū, Pindarū, & Ariſtophanē ex multis cōſarcinata circūferūtur. In Homerū cōmendari audio Euſtathii cōmētaria. In Iliada abſq; titulo excuſa ſcholia vniꝰ authoris eſſe videtur. Qđ genꝰ cōmodius faciliuſq; aſſumētis illis iudico. Extat & in Odyſſeā cōmētarioliꝰ Didymo inſcriptꝰ, ſed plus iuſto cōpendioſus. Ad hęc poetarū, imprimiſq; Homeri, ſtudioſis multū opitulabit̃ Heſychii lexicon ad cognoſcēdas vocū ſignificationes. Etymologicū itē, & Barini epī Nucerini Cornucopię, ad verborū & quarūuis dictionū inclinatione difficiliū indagationē. Aratus & Nicāder aptos atq; eruditos interpretes nacti ſunt. De cæteris iudicabūt adulti. Nos ad inſtitutū reuertimur. Cōueniet etiā grāmaticos veteres adire. Apolloniū inquā, Herodianū, Tryphonē, Hepheſtionē, Phrynichū, Moſchopulū, Thomā magiſtrū. Georgiū Lecapenū: quē qdā Syngeli nomine citare ſolēt. Ammoniū, Porphyriū, Ioānē cognomēto grāmaticū vel Philoponū, Choeroboſcū, Dionyſiū, Theodoſiū, Methodiū, Heracliū, Planudē, Baſiliū: ſi tamē libelli inſcriptio nō mētitur. Et ſi q alii extāt. Nā quorūdā ex his noīa tātū ad me ꝑuenerūt, alioꝶ etiā nō multo ampliꝰ. Addā ex latinis Priſcianū nō ingratū futurū vtriuſq; linguæ ſtudioſis. Eidē catalogo iūgēda lexica Heſychii & etymologici iā dicta, & Pollucis, Suidę, atq; Harpocrationis. Barini itē epī, cuiꝰ modo meminimꝰ, recēs illud & copioſū aliis oībꝰ pręſtās: imò ea oīa, & qdqd vſpiā eſt grāmaticę obſeruationis, ferme cōprehēdēs. His ergo & cōmentariis ducibꝰ pręter poetæ ſenſum, tropos adhuc exqret, & dictionū ac ſentētiarū ſchemata. Sed dialectorū proprietates diligētius. Quæ oīa docte & ad vnguē Plutarchus exeqtur in Homero. Verba ꝑterea poetica ab illis q̄ cōmunia, quæq; dialectorū propria ſunt, ſeponere ſtudebit: dum lexicū aliqđ excuditur, vt in dies prodeūt locupletiora, qđ ea ſegreget indicetve. Interim nōnihil ad hæc iuuabūt ꝑ nos in lib. v. cōgeſta. Nā q̄ Phrynichus, Moſchopulꝰ, Thomas, Corinthus, Philoponꝰ, & Plutarchꝰ de hiſce græce tradūt, pluſculū opæ reqrunt. Qui diutiꝰ in poetis īmorari volet, loca quæpiā gratiora ſibi deliget, q̄ oratione latina priꝰ, mox etiā verſu exprimat. Syllabarū deſtinatā quātitatē cognoſcere ſataget, quæq; recepto ac frequēti vſu indifferēter, q̄ itē licētia poetica præter regulā aſſumātur. Hæc docet lib. iiii. pars extrema, recte ne an cōtra, et plene an ieiune, aliorū eſto iuditiū. Mirū vero in tot veterū ac nouorū librorū excuſionibꝰ, nullū huic



negocio parē editū. Niſi forte ī aliis regionibꝰ iāpridē verſatꝰ, nōdū in Hiſpaniā extremū Europę angulū ꝑuenerit. Equidē tale qdpiā diligēter diuq; q̄ſitū, nuſq̄ hactenꝰ inueni. Res eſt operoſa adeoq; lubrica ſyllabarū quātitas, ac proinde à paucis, idq; ſuſpenſa manu tractata, à plæriſq; etiā in totū ꝑtermiſſa. Quo minꝰ induſtria nr̃a erit exagitanda, etiā ſi ſtudioſorū voto nō reſpōdeat. imò vt laude omnino indigna cēſeatur, at veniā ſaltē, q̄ πρωτοπείρῳ cōcedi ſolet, ſuo iure merebit̃. His atq; aliis exercitamētis, quū id aſſecutꝰ ſit φιλέλλην, vt tā ſolutū q̄ etiā aſtrictū ſcribēdi genꝰ cōfidēter fœliciterq; experiatur: iuditio ſuo libere fruetur, relictis tādiu verſionibꝰ, donec aut dignꝰ vindice nodꝰ incidat: aut locꝰ lepore figura elegātia ve īſignis, ad par pari latine reddēdū inuitet. Eādē ad hæc orōnis formā copia ſubinde verſans, ex bonis gręcis latina bona facere ſerio iā nitetur. Latinos interpretes, fidos quidē faciles atq; elegātes, nūc imitabit̃, nūc vincere cōtēdet, diuerſos vero caſtigabit. In trāſfundēdis vice verſa latinis ī græcanicā phraſin, ſi qd hic opę impēdere libeat, nō abſimile erit exercitiū. Ad qđ expediet q̄ Gaza è Cicerone, & q̄ Sophroniꝰ ex Hieronymo, in gręcū ſermonē trāſtulerūt, inſpicere. Hæc erūt pręludia eiꝰ q gladiatorio animo in gręca exēplaria graſſari ſtatuit: vt aut ea ad Romanos traducat, aut ipſe illorū opibꝰ potiatur, aut deniq; ab ſcribarū atq; interpretū vitiis in priſtinā ſynceritatē aſſerat. Nā hos habet nūc ſcopos græcę linguæ peritia. Cuiꝰ præſtātiā atq; vtilitatē ꝓdicare idcirco ſupſedeo: ꝙ multi id tā prioribꝰ ſeculis, q̄ hoc etiā nr̃o effecerint. Satis cōſtat latinā à græca ortā inſtitutā atq; auctā eſſe. Græcos itē latinis diſciplinarū fermè oīm præcipuos magiſtros & fuiſſe olim, & nūc eſſe. Atq habemꝰ (inqs) eorū optima quæq; latine verſa, et q̄ vtilia reſtant, nō defuturos q propediē interpretētur, ſperare licet. quādo Europæ bona pars, græca cū latinis cōiūgere iāpridē conatur. Hęc cauſificatio, qua multi ſuæ ſiue negligētiæ, ſiue ignorātiæ patrocinātur, verę doctrinæ ſititores nihil mouet. Nouerūt eñ quāto gratiꝰ puriꝰ ac copioſius de ipſis fontibus q̄ de riuulis aut lacunis hauriat̃. Sæpe in eos ſe interꝑtes q̄rūtur incidere, q cœnū pro aqua, & ſcorpios pro piſcibꝰ exhibeāt. Qꝫ ſi interpres tuus nomē & fidē cōmuni cōſenſu maxime ſit cōſecutꝰ: at ſaltē interpres eſſe nō deſiit, ac proinde neq; ſuſpectus. Poſtremo q aut ꝓpriis cōpendiis ſeruiēs, aut alioqui bonū quo priuatus es non ſentiens, gręcā linguā contēnis: inciuiliter atq; adeo inuide feceris, ſi alios ad eam aſpirantes ob id reuocare ſtudeas, ne ſit qui te eruditionis nomine antecellat.

## Εὐχὴ κυριακή. Precatio Dominica.

Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου. ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον, δὸς ἡμῖν σήμερον. καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν. καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Ἀμήν.

## Ἀσπασμὸς πρὸς τὴν ἁγιωτάτην παρθένον. Salutatio ad ſactiſſimā Virginē.

Χαῖρε κεχαριτωμένη Μαρία. ὁ κύριος μετὰ σοῦ. εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου. ὅτι σωτῆρα ἔτεκες τῶν ψυχῶν ἡμῶν. Ἀμήν.

## Ἕτερος ἀσπασμὸς πρὸς τὴν αὐτήν. Altera ſalutatio ad eandem.

Χαῖρε δέσποινα μῆτερ ἐλέους, ζωὴ, γλυκύτης, καὶ ἐλπὶς ἡμῶν. χαῖρε. πρὸς σὲ βοῶμεν οἱ τῆς Εὔας ἐξόριστοι παῖδες, πρὸς σὲ ἀτενίζομεν στενάζοντες καὶ θρηνοῦντες ἐν τῇδε τῇ τοῦ κλαυθμῶνος κοιλάδι. Ἄγε δὴ συνηγόρε ἡμῶν τοὺς εὐσπλάγχνους σου ὀφθαλμοὺς ἐφ᾽ ἡμᾶς ἐπίστρεψον, καὶ Ἰησοῦν τὸν εὐλογημένον καρπὸν τῆς κοιλίας σου, μετὰ τὴν ὑπερορίαν ταύτην ἡμῖν ἀνάδειξον, ὦ ἐπιεικὴς, ὦ εὔσπλαγχνε, ὦ ἡδεῖα παρθένε Μαρία.

## Σύμβολον τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Symbolum ſanctorū Apoſtolorū.

Πιστεύω εἰς θεὸν, πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ εἰς Ἰησοῦν χριστὸν υἱὸν αὐτοῦ, ἕνα μόνον κύριον ἡμῶν, συλληφθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου, γεννηθέντα ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου, παθόντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, θανόντα καὶ ταφέντα, κατελθόντα εἰς ᾅδην, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν, ἀνελθόντα εἰς οὐρανούς, καθεζόμενον ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς παντοκράτορος. ὅθεν μέλλει ἔρχεσθαι κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Πιστεύω εἰς πνεῦμα ἅγιον, εἰς ἁγίαν ἐκκλησίαν καθολικὴν, ἁγίων κοινωνίαν, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, σαρκὸς ἀνάστασιν, ζωὴν αἰώνιον. Ἀμήν.

## Μακαρισμοὶ, η. Beatitudines octo.

Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Μακάριοι οἱ πενθοῦντες, ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται. Μακάριοι οἱ πραεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν. Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται. Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται. Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν θεὸν ὄψονται. Μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοὶ, ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ θεοῦ κληθήσονται. Μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Μακάριοί ἐστε, ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς καὶ διώξωσι, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ᾽ ὑμῶν ψευδόμενοι ἕνεκεν ἐμοῦ. Χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς. οὕτω γὰρ ἐδίωξαν τοὺς προφήτας, τοὺς πρὸ ὑμῶν.



# FRANCISCI VERGARAE De Græcæ linguæ Grāmatica LIBER. I. continens octo partium orationis definitiones, & declinabilium inflectendarum formulas, atq; indeclinabilium ſpecies.

## De numero partium orationis & ſingularum definitionibus.

PArtes orationis octo ſunt. Ὄνομα Nomen. Ἄρθρον Articulus. Ἀντωνυμία Pronomen. Ῥῆμα Verbū. Μετοχὴ Participiū. Πρόθεσις Præpoſitio. Ἐπίῤῥημα Aduerbiū. Σύνδεσμος Cōiūctio. Quinq; priores ſūt declinabiles: reliquę tres indeclinabiles. Ὄνομά ἐστι μέρος λόγου πτωτικὸν σημαντικὸν ἄνευ χρόνου. ideſt. Nomē eſt pars orationis caſualis ſignificatiua ſine tēpore. Ἄρθρον ἐστὶ μέρος λόγου πτωτικὸν τοῖς ἄλλοις προτασσόμενον. Articul9 eſt pars orationis caſualis, quæ aliis præponitur. Ἀντωνυμία ἐστὶ λέξις ἀντὶ ὀνόματος λαμβανομένη. Pronomen eſt dictio, q̄ pro nomine ſumitur. Ῥῆμά ἐστι λόγου μέρος προσώπων τε διακριτικὸν, καὶ χρόνων διαφόρων προσημαντικὸν, κατὰ διαφόρους μετασχηματισμούς. Verbū eſt pars orationis perſonarū diſtinctionem habens & diuerſorū temporū conſignificationē, iuxta diuerſas vocis trāſfigurationes. Μετοχή ἐστι μέρος λόγου μετέχον τοῦ ὀνόματος καὶ τοῦ ῥήματος. Participiū eſt pars orationis, partem accipiens à nomine & partē à verbo. Πρόθεσίς ἐστι λέξις ἄκλιτος ταῖς πτωτικαῖς προτιθεμένη. Præpoſitio eſt dictio indeclinabilis, quæ declinabilib9 pręponitur. Ἐπίῤῥημά ἐστι μέρος λόγου ἄπτωτον κατὰ ῥήματος λεγόμενον. Aduerbiū eſt pars orationis ſine caſu, q̄ de verbo pręd icatur. Σύνδεσμός ἐστι λέξις συνδέουσα τὰ τοῦ λόγου μέρη εἰς τὸ κατάλληλον. Cōiūctio eſt dictio partes orationis ad cōgruitatē coniūgens.

## Inflexio articulorum. Præpoſitiui.

| | Singulares. | | | | Duales. | | Plurales. | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | Nts. | gts. | dts. | acts. | Nts. et acts. | gts. et dts. | Nts. | gts. | dtūs. | actūs. |
| Maſcul. | Ὁ. | τοῦ. | τῷ. | τόν. | τώ. | τοῖν. | Οἱ. | τῶν. | τοῖς. | τούς. |
| Fœmini. | Ἡ. | τῆς. | τῇ. | τήν. | τά. | ταῖν. | Αἱ. | τῶν. | ταῖς. | τάς. |
| Neutri. | Τό. | τοῦ. | τῷ. | τό. | τώ. | τοῖν. | Τά. | τῶν. | τοῖς. | τά. |

## Poſtpoſitiui.

| | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Maſcul. | Ὅς. | οὗ. | ᾧ. | ὅν. | ὥ. | οἷν. | Οἵ. | ὧν. | οἷς. | οὕς. |
| Fœmini. | Ἥ. | ἧς. | ᾗ. | ἥν. | ἅ. | αἷν. | Αἵ. | ὧν. | αἷς. | ἅς. |
| Neutri. | Ὅ. | οὗ. | ᾧ. | ὅ. | ὥ. | οἷν. | Ἅ. | ὧν. | οἷς. | ἅ. |

Pro vocatiuo aſſumitur ὦ aduerbium in omnibus numeris.

Exempla primæ declinationis nominum parium.

Ἑνικὰ Singularia, Ὁ Αἰνείας. τοῦ αἰνείου. τῷ αἰνείᾳ. τὸν αἰνείαν. ὦ αἰνεία. Δυϊκὰ Dualia. Τὼ καὶ ὦ αἰνεία. τοῖν αἰνείαιν. Πληθυντικὰ Pluralia. οἱ καὶ ὦ αἰνεῖαι. τῶν αἰνειῶν. τοῖς αἰνείαις. τοὺς αἰνείας.

Ὁ χρύσης. τοῦ χρύσου. τῷ χρύσῃ. τὸν χρύσην. ὦ χρύση. Δ. τὼ καὶ ὦ χρύσα. τοῖν χρύσαιν. Π. οἱ καὶ ὦ χρῦσαι. τῶν χρυσῶν. τοῖς χρύσαις. τὰς χρύσας.

Ὁ μαθητὴς. τοῦ μαθητοῦ. τῷ μαθητῇ. τὸν μαθητὴν. ὦ μαθητά. Δ. τὼ καὶ ὦ μαθητὰ. τοῖν μαθηταῖν. Π. οἱ καὶ ὦ μαθηταὶ. τῶν μαθητῶν. τοῖς μαθηταῖς. τὰς μαθητάς.

Sic. ὁ ἀνδρέας. κλεινίας. νεανίας. τραυματίας. ὁ τελώνης. ἀτρείδης. ὁ ἐκκλησιαστὴς. εὐαγγελιστὴς. γεωμέτρης. βιβλιοπώλης. παιδοτρίβης. σκύθης. πέρσης.

Exempla ſecundæ declinationis nominum parium.

Ἡ καὶ ὦ τράπεζα. τῆς τραπέζης. τῇ τραπέζῃ. τὴν τράπεζαν. Δ. τὰ καὶ ὦ τραπέζα. ταῖν τραπέζαιν. Π. αἱ καὶ ὦ τράπεζαι. τῶν τραπεζῶν. ταῖς τραπέζαις. τὰς τραπέζας.

Ἡ καὶ ὦ τιμή. τῆς τιμῆς. τῇ τιμῇ. τὴν τιμήν. Δ. τὰ καὶ ὦ τιμά. ταῖν τιμαῖν. Π. αἱ καὶ ὦ τιμαὶ. τῶν τιμῶν. ταῖς τιμαῖς. τὰς τιμάς.

Ἡ καὶ ὦ ἐνέργεια. τῆς ἐνεργείας. τῇ ἐνεργείᾳ. τὴν ἐνέργειαν. Δ. τὰ καὶ ὦ ἐνεργεία. ταῖν ἐνεργείαιν. Π. αἱ καὶ ὦ ἐνέργειαι. τῶν ἐνεργειῶν. ταῖς ἐνεργείαις. τὰς ἐνεργείας.

Sic. ἡ δέσποινα. δίκελλα. μέλισσα. δίαιτα. μοῦσα. τύπτουσα. ἡ ἀγάπη. σωφροσύνη. καλή. ἐπιστολή. γνωρίμη. ἡ γέφυρα. σφαῖρα. λήδα. μάρθα. ἀλήθεια. περιφέρεια. σοφία. δικαία.

Exēpla tertiæ declinationis nominū pariū.

Ὁ λόγος. τοῦ λόγου. τῷ λόγῳ. τὸν λόγον. ὦ λόγε. Δ. τὼ καὶ ὦ λόγω. τοῖν λόγοιν. Π. οἱ καὶ ὦ λόγοι. τῶν λόγων. τοῖς λόγοις. τοὺς λόγους.

Ἡ διάμετρος. τῆς διαμέτρου. τῇ διαμέτρῳ. τὴν διάμετρον. ὦ διάμετρε. Δ. τὰ καὶ ὦ διαμέτρω. ταῖν διαμέτροιν. Π. αἱ καὶ ὦ διάμετροι. τῶν διαμέτρων. ταῖς διαμέτροις. τὰς διαμέτρους.

Τὸ ὦ γυμνάσιον. τοῦ γυμνασίου. τῷ γυμνασίῳ. Δ. τὼ ὦ γυμνασίω. τοῖν γυμνασίοιν. Π. τὰ ὦ γυμνάσια. τῶν γυμνασίων. τοῖς γυμνασίοις.

Sic. ὁ ἄγγελος. καλός. γνώριμος. δίκαιος. δῆμος. χριστός. ἀετός. ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος. ἡ ἄμπελος. νῆσος. τὸ σύμβολον. μυστήριον. καλόν. γνώριμον. δίκαιον. ξύλον.

Exempla quartæ declinationis nominum parium Atticorum.

Ὁ καὶ ὦ μενέλεως. τοῦ μενέλεω. τῷ μενέλεῳ. τὸν μενέλεων. Δ. τὼ καὶ ὦ μενέλεω. τοῖν μενέλεων. Π. οἱ καὶ ὦ μενέλεῳ. τῶν μενέλεων. τοῖς μενέλεως. τοὺς μενέλεως.

Ἡ καὶ ὦ ἅλως. τῆς ἅλω. τῇ ἅλῳ. τὴν ἅλων. Δ. τὰ καὶ ὦ ἅλῳ. ταῖν ἅλων.



Π. αἱ καὶ ὦ ἅλῳ. τῶν ἅλων. ταῖς ἅλῳς. τὰς ἅλως.

Τὸ ὦ εὔγεων. τοῦ εὔγεω. τῷ εὔγεῳ. Δ. τὼ ὦ εὔγεω. τοῖν εὔγεων. Π. τὰ ὦ εὔγεω. τῶν εὔγεων. τοῖς εὔγεῳς.

Sic. ὁ νικόλεως. ἀνδρόγεως. ἀπολλὼς. νεὼς. κάλως. ἡ ἕως. κῶς. ὁ καὶ ἡ ἀνάπλεως. ἵλεως. Τὸ ἀνάπλεων. ἵλεων.

Exempla quintæ declinationis nominum impariū ſimpliciū.

Ὁ αἴας. τοῦ αἴαντος. τῷ αἴαντι. τὸν αἴαντα. ὦ αἴαν. Δ. τὼ καὶ ὦ αἴαντε. τοῖν αἰάντοιν. Π. οἱ καὶ ὦ αἴαντες. τῶν αἰάντων. τοῖς αἴασι. τοὺς αἴαντας.

Ἡ καὶ ὦ τρυγὼν. τῆς τρυγόνος. τῇ τρυγόνι. τὴν τρυγόνα. Δ. τὰ καὶ ὦ τρυγόνε. ταῖν τρυγόνοιν. Π. αἱ καὶ ὦ τρυγόνες. τῶν τρυγόνων. ταῖς τρυγόσι. τὰς τρυγόνας.

Τὸ ὦ σῶμα. τοῦ σώματος. τῷ σώματι. Δ. τὼ ὦ σώματε. τοῖν σωμάτοιν. Π. τὰ ὦ σώματα. τῶν σωμάτων. τοῖς σώμασι.

Ὁ καὶ ἡ τὶς. aliquis. τινὸς τινὶ τινά. Δ. τινὲ τινοῖν. Π. τινὲς τινῶν τισὶ τινάς. Τὸ τὶ. aliquid, τινὸς τινὶ. τὶ. Δ. τινὲ τινοῖν. Π. τινὰ τινῶν τισὶ τινά.

Ὁ καὶ ἡ τίς. τίνος. &c. quis cuius? Τὸ τί. quid? &c.

Ὁ καὶ ἡ ὅστις. quicūq;. οὗτινος. ᾧτινι ὅντινα. Δ. ὥτινε οἷντινοιν. Π. οἵτινες ὧντινων οἷστισι οὕστινας. Τὸ ὅ, τι. quodcūq;. οὗτινος ᾧτινι. ὅ, τι. Δ. ὥτινε οἷντινοιν. Π. ἅτινα. ὧντινων. οἷστισι. ἅτινα.

Ὁ καὶ ἡ ὁστισοῦν. quiuis. οὑτινοσοῦν. ᾡτινιοῦν ὁντιναοῦν. Δ. ᾡτινεοῦν οἱντινοινοῦν. Π. οἱτινεσοῦν. ὡντινωνοῦν. οἱστισιοῦν. οὑστινασοῦν. Τὸ ὁ, τιοῦν. quoduis. οὑτινοσοῦν. &c. Π. ἁτιναοῦν. &c.

Ὁ καὶ ὦ τύπτων. τοῦ τύπτοντος. τῷ τύπτοντι. τὸν τύπτοντα. Δ. τὼ καὶ ὦ τύπτοντε τυπτόντοιν. Π. οἱ καὶ ὦ τύπτοντες τυπτόντων τύπτουσι τύπτοντας.

Sic. τὸ τύπτον τύπτοντος. &c. Π. τὰ τύπτοντα. &c.

Ὁ καὶ ὦ τυφθεὶς τυφθέντος τυφθέντι τυφθέντα. Δ. τυφθέντε. θέντοιν. Π. τυφθέντες. έντων. τυφθεῖσι. έντας. Τὸ τυφθὲν. έντος. &c. Π. τὰ τυφθέντα. &c.

Sic. ὁ παιὰν. σωτὴρ. θώραξ. ἄραψ. ἀνδριάς. τύφας. Ἡ εἰκὼν. θυγάτηρ. κύλιξ. λαίλαψ. λαμπάς. αἰδώς. Τὸ πρόβλημα. μέλι. ἄσυ. σῶφρον. τύψαν. νέκταρ. κέρας. &c.

Exēpla primæ declinationis cōtractorū impariū.

Ὁ δημοσθένης. τοῦ δημοσθένεος. ένους. τῷ δημοσθένεϊ. ένει. τὸν δημοσθένεα. θένη. ὦ δημόσθενες. Δ. τὼ καὶ ὦ δημοσθένεε. ένη. τοῖν δημοσθενέοιν. ενοῖν. Π. οἱ καὶ ὦ δημοσθένεες. ένεις. τῶν δημοσθενέων. ενῶν. τοῖς δημοσθένεσι. τοὺς δημοσθένεας. ένεις.

Ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς. τοῦ καὶ τῆς ἀληθέος ἀληθοῦς. ἀληθέϊ ἀληθεῖ. ἀληθέα ἀληθῆ. ὦ ἀληθές. Δ. τὼ τὰ καὶ ὦ ἀληθέε ἀληθῆ. ἀληθέοιν ἀληθοῖν. Π. οἱ αἱ καὶ ὦ ἀληθέες ἀληθεῖς. τῶν ἀληθέων ἀληθῶν. ἀληθέσι. ἀληθέας ἀληθεῖς.

Τὸ ὦ ἀληθές. τοῦ ἀληθέος. ἀληθοῦς. τῷ ἀληθέϊ. ἀληθεῖ. Δ. τὼ ὦ ἀληθέε. ἀληθῆ. τοῖν ἀληθέοιν. ἀληθοῖν. Π. τὰ ὦ ἀληθέα. ἀληθῆ. τῶν ἀληθέων. θῶν. τοῖς ἀληθέσι.

Τὸ ὦ τεῖχος. τοῦ τείχεος τείχους. τῷ τείχεϊ. τείχει. Δ. τὼ ὦ τείχεε. τείχη. τοῖν τειχέοιν. τειχοῖν. Π. τὰ ὦ τείχεα. τείχη. τῶν τειχέων. τειχῶν. τοῖς τείχεσι.

Contractiones. εο. ου. | εϊ. ει. | εα. η. | εας. εις. | εε. η. | εες. εις. | εοι. οι. | εω. ω.

Sic ὁ Διογένης, Σωκράτης, Ἀριστοτέλης. ἡ τριήρης. Ὁ καὶ ἡ πλήρης. εὐσεβὴς ἀμαθής. τὸ πλῆρες. εὐσεβές. ἀμαθές. τὸ ψεῦδος. κάλλος. βέλος. τέμενος.

## Exempla ſecundæ declinationis cōtractorū imparium.

Ὁ ὄφις. τοῦ ὄφιος καὶ ὄφεος καὶ ὄφεως. τῷ ὄφιϊ ὄφι, καὶ ὄφεϊ ὄφει. τὸν ὄφιν. ὦ ὄφι. Δ. τὼ καὶ ὦ ὄφιε, καὶ ὄφεε ὄφη. τοῖν ὀφίοιν καὶ ὀφέοιν καὶ ὄφεων. Π. οἱ καὶ ὦ ὄφιες ὄφις, καὶ ὄφεες ὄφεις. τῶν ὀφίων καὶ ὀφέων καὶ ὄφεων. τοῖς ὄφισι καὶ ὄφεσι. τοὺς ὄφιας ὄφις καὶ ὄφεας ὄφεις.

Ἡ πόλις. τῆς πόλιος καὶ πόλεος καὶ πόλεως. τῇ πόλιϊ πόλι, καὶ πόλεϊ πόλει. τὴν πόλιν. ὦ πόλι. Δ. τὰ καὶ ὦ πόλιε, καὶ πόλεε πόλη. ταῖν πολίοιν καὶ πολέοιν καὶ πόλεων. Π. αἱ καὶ ὦ πόλιες πόλις, καὶ πόλεες πόλεις. τῶν πολίων καὶ πολέων καὶ πόλεων. ταῖς πόλισι καὶ πόλεσι. τὰς πόλιας πόλις, καὶ πόλεας πόλεις.

Τὸ ὦ σίνηπι. τοῦ σινήπιος καὶ σινήπεος καὶ σινήπεως. τῷ σινήπιϊ σινήπι, καὶ σινήπεϊ σινήπει. Δ. τὼ ὦ σινήπιε, καὶ σινήπεε σινήπη. τοῖν σινηπίοιν καὶ σινηπέοιν καὶ σινήπεων. Π. τὰ ὦ σινήπια σινήπι καὶ σινήπεα σινήπη. τῶν σινηπίων καὶ σινηπέων καὶ σινήπεων. τοῖς σινήπισι καὶ σινήπεσι.

Contractiones. ιϊ. ι | ια. ι. | εϊ. ει. | εα. η. | εε. η. | εες. εις. Sic ὁ ἔχις. μάντις. ἡ λέξις. ἀνάστασις. ἀποθέωσις. φρόνησις. ὄψις. πίσις. τὸ πέπερι. σίμμι.

## Exempla tertiæ declinationis contractorū imparium.

Ὁ βασιλεὺς τοῦ βασιλέος καὶ βασιλέως καὶ βασιλῆος. τῷ βασιλέϊ. λεῖ. καὶ βασιλῆϊ. τὸν βασιλέα καὶ βασιλῆα. ὦ βασιλεῦ. Δ. τὼ ὦ βασιλέε βασιλῆ καὶ βασιλῆε. τοῖν βασιλέοιν βασιλήοιν. Π. οἱ καὶ ὦ βασιλέες βασιλεῖς. καὶ βασιλῆες. τῶν βασιλέων καὶ βασιλήων. τοῖς βασιλεῦσι καὶ βασιλῆσι. τοὺς βασιλέας βασιλεῖς καὶ βασιλῆας.

Cōtractiones. εϊ. ει. | εε. η. | εα. η. | εες. εις. | εας. εις. Sic ὁ γραμματεὺς. γονεύς. ἱερεύς. ἀλεξανδρεύς. φωκεύς. θησεύς. ἀχιλλεύς. ὀδυσσεύς. ὀρφεύς.

## Exempla quartæ declinationis contractorum imparium.

Ἡ Λητὼ τῆς λητόος λητοῦς. τῇ λητόϊ λητοῖ. τὴν λητόα λητώ. ὦ λητοῖ. Δ. τὼ καὶ ὦ λητὼ ταῖν λητοῖν. Π. αἱ καὶ ὦ λητοὶ τῶν λητῶν ταῖς λητοῖς τὰς λητούς.

Ἡ αἰδὼς τῆς αἰδόος αἰδοῦς. τῇ αἰδόϊ αἰδοῖ. τὴν αἰδόα αἰδῶ. ὦ αἰδοῖ. Δ. τὼ



καὶ ὦ αἰδὼ ταῖν αἰδοῖν. Π. αἱ καὶ ὦ αἰδοί. τῶν αἰδῶν. ταῖς αἰδοῖς τὰς αἰδούς.

Cōtractiones. οο. ου. | οϊ. οι. | οα. ω. Sic ἡ πειθώ. κλειώ. διδώ. σαπφώ. φειδώ ἠώς.

## Exempla quintæ declinationis contractorū imparium.

Τὸ ὦ κέρας. τοῦ κέρατος καὶ κέραος. κέρως. τῷ κέρατι καὶ κέραϊ κέρᾳ. Δ. τὼ ὦ κέρατε καὶ κέραε κέρα. τοῖν κεράτοιν καὶ κεράοιν κερῷν. Δ. τὰ ὦ κέρατα καὶ κέραα κέρα. τῶν κεράτων καὶ κεράων κερῶν. τοῖς κέρασι.

Τὸ ὦ κρέας. τοῦ κρέατος καὶ κρέαος κρέως. τῷ κρέατι καὶ κρέαϊ κρέᾳ. Δ. τὼ ὦ κρέατε καὶ κρέαε κρέα. τοῖν κρεάτοιν καὶ κρεάοιν κρεῷν. Π. τὰ ὦ κρέατα καὶ κρέαα κρέα. τῶν κρεάτων καὶ κρεάων κρεῶν, τοῖς κρέασι.

Contractiones. αο. ω. | αϊ. ᾳ. | αε. αα. α. | αω. ω. Sic τὸ γῆρας. γέρας.

## Formula inflexionis contractorum parium.

Ὁ νόος νοῦς. τοῦ νόου νοῦ. τῷ νόῳ νῷ. τὸν νόον νοῦν. ὦ νόε νοῦ. Δ. τὼ καὶ ὦ νόω νώ. τοῖν νόοιν νοῖν. Π. οἱ καὶ ὦ νόοι νοῖ. τῶν νόων νῶν. τοῖς νόοις νοῖς. τοὺς νόους νοῦς.

Sic ὁ πλόος πλοῦς. ὁ ῥόος ῥοῦς. ὁ ἁπλόος ἁπλοῦς. ὁ διπλόος διπλοῦς. ὁ χρύσεος χρυσοῦς. ὁ ἀργύρεος ἀργυροῦς.

Ἡ καὶ ὦ ἁπλόη ἁπλῆ. τῆς ἁπλόης ἁπλῆς. τῇ ἁπλόῃ ἁπλῇ. τὴν ἁπλόην ἁπλῆν. Δ. τὰ καὶ ὦ ἁπλόα ἁπλᾶ. ταῖν ἁπλόαιν ἁπλαῖν. Π. αἱ καὶ ὦ ἁπλόαι ἁπλαῖ. τῶν ἁπλόων ἁπλῶν. ταῖς ἁπλόαις ἁπλαῖς. τὰς ἁπλόας ἁπλᾶς.

Sic ἡ διπλόη. ἡ. τριπλόη τριπλῆ. ἡ χρυσέη. χρυσῆ. ἀργυρέη. ἀργυρῆ.

Τὸ ὦ ἁπλόον ἁπλοῦν. τοῦ ἁπλόου ἁπλοῦ. τῷ ἁπλόῳ ἁπλῷ. Δ. τὼ ὦ ἁπλόω ἁπλώ. τοῖν ἁπλόοιν ἁπλοῖν. Π. τὰ ὦ ἁπλόα ἁπλᾶ. τῶν ἁπλόων ἁπλῶν. τοῖς ἁπλόοις ἁπλοῖς.

Sic τὸ διπλόον διπλοῦν τριπλόον τριπλοῦν. τὸ χρύσεον χρυσοῦν. ἀργύρεον. υροῦν. κανόον κανοῦν. Item ὁ ποιεόμενος ποιούμενος. τοῦ ποιεομένου ποιουμένου. ἡ ποιεομένη. ουμένη. τῆς ποιεομένης ποιουμένης. τὸ ποιεόμενον ποιούμενον. τοῦ ποιεομένου ποιουμένου. et ὁ βοαόμενος βοώμενος. ἡ βοαομένη βοωμένη. τὸ βοαόμενον βοώμενον. et ὁ χρυσοόμενος χρυσούμενος. &c.

## Formula inflexionis aliorum contractorū imparium.

Ὁ ἡδὺς. τοῦ ἡδέος τῷ ἡδέϊ ἡδεῖ. τὸν ἡδέα καὶ ἡδύν. ὦ ἡδύ. Δ. τὼ καὶ ὦ ἡδέε. τοῖν ἡδέοιν. Π. οἱ καὶ ὦ ἡδέες ἡδεῖς. τῶν ἡδέων. τοῖς ἡδέσι. τοὺς ἡδέας ἡδεῖς.

Τὸ ὦ ἡδὺ. τοῦ ἡδέος. τῷ ἡδέϊ ἡδεῖ. Δ. τὼ καὶ ὦ ἡδέε. τοῖν ἡδέοιν. Π. τὰ καὶ ὦ ἡδέα. τῶν ἡδέων. τοῖς ἡδέσι.

Ὁ βότρυς. τοῦ βότρυος. τῷ βότρυϊ. τὸν βότρυν. ὦ βότρυ. Δ. τὼ καὶ ὦ βότρυε. τοῖν βοτρύοιν. Π. οἱ καὶ ὦ βότρυες βότρυς. τῶν βοτρύων. τοῖς βότρυσι. τοὺς βότρυας βότρυς.

Ὁ καὶ ὦ ἰχθὺς. τοῦ ἰχθύος. τῷ ἰχθύϊ. τὸν ἰχθύν. Δ. τὼ καὶ ὦ ἰχθύε. τοῖν ἰχθύοιν. Π. οἱ καὶ ὦ ἰχθύες ἰχθῦς. τῶν ἰχθύων. τοῖς ἰχθύσι. τοὺς ἰχθύας ἰχθῦς.

Ὁ καὶ ἡ ὦ μείζων. τοῦ καὶ τῆς μείζονος. τῷ καὶ τῇ μείζονι. τὸν καὶ τὴν μείζονα μείζω. Δ. μείζονε. μειζόνοιν. Π. μείζονες μείζους. μειζόνων. μείζοσι. μείζονας μείζους. Τὸ ὦ μεῖζον. τοῦ μείζονος. τῷ μείζονι. Δ. τὼ ὦ μείζονε. τοῖν μειζόνοιν. Π. τὰ ὦ μείζονα μείζω. τῶν μειζόνων. τοῖς μείζοσι.

Ὁ βοῦς. τοῦ βοός. τῷ βοΐ. τὸν βόα καὶ βοῦν. ὦ βοῦ. Δ. τὼ καὶ ὦ βόε. τοῖν βοοῖν. Π. οἱ καὶ ὦ βόες βοῦς. τῶν βοῶν. τοῖς βουσί. τοὺς βόας βοῦς.

Ὁ σιμόεις σιμοῦς. τοῦ σιμόεντος σιμοῦντος, τῷ σιμόεντι σιμοῦντι. τὸν σιμόεντα σιμοῦντα. ὦ σιμοῦ. Δ. τὼ καὶ ὦ σιμόεντε σιμοῦντε. τοῖν σιμοέντοιν σιμούντοιν. Π. οἱ καὶ ὦ σιμόεντες σιμοῦντες. τῶν σιμοέντων σιμούντων. τοῖς σιμόεισι σιμοῦσι. τοὺς σιμόεντας σιμοῦντας.

Ὁ καὶ ὦ ποιέων ποιῶν. τοῦ ποιέοντος ποιοῦντος. τῷ ποιέοντι ποιοῦντι. τὸν ποιέοντα ποιοῦντα. Δ. τὼ ὦ ποιέοντε ποιοῦντε. τοῖν ποιεόντοιν ποιούντοιν. Π. οἱ καὶ ὦ ποιέοντες ποιοῦντες. τῶν ποιεόντων ποιούντων. τοῖς ποιέουσι ποιοῦσι. τοὺς ποιέοντας ποιοῦντας. Τὸ ὦ ποιέον ποιοῦν. ποιέοντος ποιοῦντος. &c.

Sic ὁ καὶ ὦ χρυσόων χρυσῶν. τοῦ χρυσόοντος χρυσοῦντος. τὸ ὦ χρυσόον χρυσοῦν. τοῦ χρυσόοντος χρυσοῦντος. &c. Item ὁ καὶ ὦ βοάων βοῶν. τοῦ βοάοντος βοῶντος. τῷ βοάοντι βοῶντι. &c. et τὸ βοάον βοῶν.

## Inflexiones nominum quorundam irregularium.

Ὁ καὶ ὦ πολὺς. τοῦ πολλοῦ, τῷ πολλῷ. τὸν πολύν. Δ. τὼ καὶ ὦ πολλώ. τοῖν πολλοῖν. Π. οἱ καὶ ὦ πολλοί. τῶν πολλῶν. τοῖς πολλοῖς. τοὺς πολλούς.

Ἡ καὶ ὦ πολλὴ τῆς πολλῆς. vt ἡ τιμὴ τιμῆς. Τὸ ὦ πολὺ. τοῦ πολλοῦ. τῷ πολλῷ. Δ. τὼ καὶ ὦ πολλώ. τοῖν πολλοῖν. Π. τὰ ὦ πολλά. τῶν πολλῶν. τοῖς πολλοῖς.

Ὁ καὶ ὦ μέγας. τοῦ μεγάλου. τῷ μεγάλῳ. τὸν μέγαν. Δ. τὼ καὶ ὦ μεγάλω. τοῖν μεγάλοιν. Π. οἱ καὶ ὦ μεγάλοι. τῶν μεγάλων. τοῖς μεγάλοις. τοὺς μεγάλους.

Ἡ καὶ ὦ μεγάλη. τῆς μεγάλης. ſicut ἡ τιμὴ. ῆς. Τὸ ὦ μέγα. τοῦ μεγάλου. τῷ μεγάλῳ. Δ. τὼ ὦ μεγάλω. τοῖν μεγάλοιν. Π. τὰ ὦ μεγάλα. τῶν μεγάλων. τοῖς μεγάλοις.

Ὁ ἀνὴρ τοῦ ἀνέρος καὶ ἀνδρός. τῷ ἀνέρι ἀνδρί. τὸν ἀνέρα ἄνδρα. ὦ ἄνερ. Δ. τὼ καὶ ὦ ἀνέρε ἄνδρε. τοῖν ἀνέροιν ἀνδροῖν. Π. οἱ καὶ ὦ ἀνέρες ἄνδρες. τῶν ἀνέρων ἀνδρῶν. τοῖς ἀνδράσι. τοὺς ἀνέρας ἄνδρας.

Ἡ μήτηρ. τῆς μητέρος. μητρός. τῇ μητέρι. μητρί. τὴν μητέρα. ὦ μῆτερ. Δ. τὼ καὶ ὦ μητέρε. ταῖν μητέροιν. Π. αἱ καὶ ὦ μητέρες. τῶν μητέρων. ταῖς μητράσι. τὰς μητέρας.



Ἡ καὶ ὦ χείρ. τῆς χειρός. τῇ χειρί. τὴν χεῖρα. Δ. τὼ καὶ ὦ χεῖρε. ταῖν χεροῖν. Π. αἱ καὶ ὦ χεῖρες. τῶν χειρῶν. ταῖς χερσί. τὰς χεῖρας.

Ἡ γυνή. τῆς γυναικός. τῇ γυναικί. τὴν γυναῖκα. ὦ γύναι. Δ. τὼ καὶ ὦ γυναῖκε. ταῖν γυναικοῖν. Π. αἱ καὶ ὦ γυναῖκες. τῶν γυναικῶν. ταῖς γυναιξί. τὰς γυναῖκας.

Ὁ ζεύς. τοῦ διός. τῷ διΐ. τὸν δία. ὦ ζεῦ.

Ἡ ναῦς. τῆς ναός καὶ νηός καὶ νεώς. τῇ ναΐ καὶ νηΐ. τὴν ναῦν. ὦ ναῦ. Δ. τὼ ὦ νᾶε νῆε. ταῖν ναοῖν νηοῖν. Π. αἱ καὶ ὦ νῆες. τῶν ναῶν νεῶν. ταῖς ναυσί. τὰς ναῦς.

Sic. ἡ γραῦς γραὸς γραΐ γραῦν. ὦ γραῦ. Δ γρᾶε γραοῖν. Π. γραῦς γραῶν καὶ γρεῶν γραυσί γραῦς.

## Inflexiones nominum numeralium.

Ὁ Εἷς. vnus. ἑνός, ἑνί, ἕνα. Ἡ Μία. vna, μιᾶς, μιᾷ, μίαν. Τὸ Ἕν. vnũ, ἑνός, ἑνί, ἕν. Δ. δύο. duo. triũ generũ, δυοῖν. Π. δύο τῶν δύο δυσί δύο. Π. οἱ. αἱ. καὶ ὦ τρεῖς τριῶν τρισί τρεῖς. Τὰ ὦ τρία τριῶν τρισί. Π. οἱ. αἱ. καὶ ὦ τέσσαρες τεσσάρων τέσσαρσι τέσσαρας. Τὰ ὦ τέσσαρα τεσσάρων τέσσαρσι. Οἱ καὶ ὦ διακόσιοι διακοσίων διακοσίοις διακοσίους. Αἱ καὶ ὦ διακόσιαι διακοσίων διακοσίαις διακοσίας. Τὰ ὦ διακόσια διακοσίων διακοσίοις. Sic τριακόσιοι, τετρακόσιοι, πεντακόσιοι, ἑξακόσιοι, ἑπτακόσιοι, ὀκτακόσιοι, ἐννεακόσιοι, χίλιοι.

## Inflexiones pronominum.

Ἐγώ, ego, ἐμοῦ, ἐμοί, ἐμέ. Δ. νῶϊ καὶ νώ, νῶϊν καὶ νῷν. Π. ἡμεῖς, ἡμῶν, ἡμῖν, ἡμᾶς. Σὺ, tu. σοῦ σοί σέ. Δ. σφῶϊ καὶ σφώ, σφῶϊν καὶ σφῷν. Π. ὑμεῖς, ὑμῶν, ὑμῖν, ὑμᾶς. Οὗ, ſui. οἷ. ἕ. Δ. σφὲ σφίν. Π. σφεῖς σφῶν σφίσι σφᾶς.

Οὗτος. hic. τούτου τούτῳ τοῦτον. ὦ οὗτος. Δ. τούτω τούτοιν. ὦ τούτω. Π. οὗτοι τούτων τούτοις τούτους. ὦ οὗτοι. Αὕτη. hæc. ταύτης ταύτῃ ταύτην. ὦ αὕτη. Δ. ταύτα ταύταιν. ὦ ταύτα. Π. αὗται τούτων ταύταις ταύτας. ὦ αὗται. Τοῦτο. hoc. τούτου τούτῳ τοῦτο. ὦ τοῦτο. Δ. τούτω τούτοιν. ὦ τούτω. Π. ταῦτα τούτων τούτοις ταῦτα. ὦ ταῦτα.

Ἐκεῖνος ἐκείνου. ille. ἐκείνη ἐκείνης. illa. ἐκεῖνο ἐκείνου. illud. vt noĩa paria.

Αὐτὸς αὐτοῦ. ipſe. αὐτὴ αὐτῆς. ipſa. αὐτὸ αὐτοῦ. ipſum. ſicut ἐκεῖνος.

Ἐμαυτοῦ. mei ipſius. ἐμαυτῷ ἐμαυτόν. et fœminina. ἐμαυτῆς ἐμαυτῇ ἐμαυτήν. et neutra. ἐμαυτοῦ ἐμαυτῷ ἐμαυτό. Σεαυτοῦ. tui ipſius. σεαυτῷ σεαυτόν. σεαυτῆς σεαυτῇ σεαυτήν. σεαυτοῦ σεαυτῷ σεαυτό. Ἑαυτοῦ. ſui ipſius. ἑαυτῷ ἑαυτόν. ἑαυτῆς ἑαυτῇ ἑαυτήν. ἑαυτοῦ ἑαυτῷ ἑαυτό. Π. ἑαυτῶν, καὶ σφῶν αὐτῶν. ἑαυτοῖς, καὶ σφίσιν αὐτοῖς. ἑαυτοὺς, καὶ σφᾶς αὐτούς.

Ὁ αὐτός. idẽ. τοῦ αὐτοῦ. τῷ αὐτῷ. &c. ἡ αὐτὴ τῆς αὐτῆς. eadẽ. τὸ αὐτό, τοῦ αὐτοῦ. idẽ.

Ἐμός. ἐμή. ἐμόν. meus. a. um. σὸς σὴ σόν. tuus tua tuũ. ἑὸς ἑὴ ἑόν. ſuus ſua ſuũ. et reliqua poſſeſſiua, ſic quoq; vt adiectiua nomina paria flectuntur.

Formula primæ coniugationis verborum barytonorum.

Ὁριστικὰ ἐνεργητικὰ καὶ μέσα. Indicatiua actiua & media.

Ἐνεστὼς Præſens. Τύπτω verbero. τύπτεις. τύπτει. Δ. τύπτετον. τύπτετον. Π. τύπτομεν. τύπτετε. τύπτουσι.

Παρατατικὸς Præteritum imperfectum. Ἔτυπτον. ἔτυπτες. ἔτυπτε. Δ. ἐτύπτετον. ἐτυπτέτην. Π. ἐτύπτομεν. ἐτύπτετε. ἔτυπτον.

Παρακείμενος Præteritum perfectum. Τέτυφα. τέτυφας. τέτυφε. Δ. τετύφατον. τετύφατον. Π. τετύφαμεν. τετύφατε. τετύφασι.

Παρακείμενος μέσος. Præteritum perfectū mediū. Τέτυπα. τέτυπας. τέτυπε. Δ. τετύπατον. τετύπατον. Π. τετύπαμεν. τετύπατε. τετύπασι.

Ὑπερσυντέλικος. Præteritū pluſq̄ pfe. Ἐτετύφειν. ἐτετύφεις. ἐτετύφει. Δ. ἐτετύφειτον. ἐτετυφείτην. Π. ἐτετύφειμεν. ἐτετύφειτε. ἐτετύφεισαν.

Ὑπερσυντέλικος μέσος. Præteritum pluſquam perfectum medium. Ἐτετύπειν. ἐτετύπεις. ἐτετύπει. Δ. ἐτετύπειτον. ἐτετυπείτην. Π. ἐτετύπειμεν. ἐτετύπειτε. ἐτετύπεισαν.

Ἀόριστος πρῶτος. Indefinitum primum. Ἔτυψα. ἔτυψας. ἔτυψε. Δ. ἐτύψατον. ἐτυψάτην. Π. ἐτύψαμεν. ἐτύψατε. ἔτυψαν.

Ἀόριστος δεύτερος. Indefinitum ſecundum. Ἔτυπον. ἔτυπες. ἔτυπε. Δ. ἐτύπετον. ἐτυπέτην. Π. ἐτύπομεν. ἐτύπετε. ἔτυπον.

Μέλλων πρῶτος. Futurum primum. Τύψω. τύψεις. τύψει. Δ. τύψετον. τύψετον. Π. τύψομεν. τύψετε. τύψουσι.

Μέλλων δεύτερος. Futurum ſecundum. Τυπῶ. τυπεῖς. τυπεῖ. Δ. τυπεῖτον. τυπεῖτον. Π. τυποῦμεν. τυπεῖτε. τυποῦσι.

Προστακτικὰ ἐνεργητικὰ καὶ μέσα. Imperatiua actiua & media.

Ἐνεστώς. τύπτε. τυπτέτω. Δ. τύπτετον. τυπτέτων. Π. τύπτετε. τυπτέτωσαν. Παρακείμενος. τέτυφε. τετυφέτω. Δ. τετύφετον. τετυφέτων. Π. τετύφετε. τετυφέτωσαν. Παρακείμενος μέσος. τέτυπε. τετυπέτω. Δ. τετύπετον. τετυπέτων. Π. τετύπετε. τετυπέτωσαν. Ἀόρ. α. hoc eſt πρῶτος. τύψον. τυψάτω. Δ. τύψατον. τυψάτων. Π. τύψατε. τυψάτωσαν. Ἀόρ. β. hoc eſt δεύτερος. τύπε. τυπέτω. Δ. τύπετον. τυπέτων. Π. τύπετε. τυπέτωσαν.

Εὐκτικὰ ἐνεργητικὰ καὶ μέσα. Optatiua actiua & media.

Ἐνεστώς. τύπτοιμι. τύπτοις. τύπτοι. Δ. τύπτοιτον. τυπτοίτην. Π. τύπτοιμεν. τύπτοιτε. τύπτοιεν. Παρακείμενος. τετύφοιμι. τετύφοις. τετύφοι. Δ. τετύφοιτον. τετυφοίτην. Π. τετύφοιμεν. τετύφοιτε. τετύφοιεν. Μέσος παρακείμενος. τετύποιμι. τετύποις. τετύποι. Δ. τετύποιτον





ποιτον. ποίτην. Π. τετύποιμεν. ύποιτε. τετύποιεν. Ἀόρ. α. τύψαιμι. τύψαις. τύψαι. Δ. τύψαιτον. τυψαίτην. Π. τύψαιμεν. τύψαιτε τύψαιεν. Ἀόρ. β. τύποιμι τύποις τύποι. Δ. τύποιτον τυποίτην. Π. τύποιμεν τύποιτε. τύποιεν. Μέλ. α. τύψοιμι τύψοις τύψοι. Δ. τύψοιτον τυψοίτην. Π. τύψοιμεν. ψοιτε. τύψοιεν. Μέλ. β. τυποῖμι. τυποῖς. τυποῖ. Δ. τυποῖτον. ποίτην. Π. τυποῖμεν. ποῖτε. τυποῖεν.

Ὑποτακτικὰ ἐνεργητικὰ καὶ μέσα. Subiunctiua actiua & media.

Ἐν. ἐὰν τύπτω. τύπτῃς. τύπτῃ. Δ. τύπτητον τύπτητον. Π. τύπτωμεν τύπτητε τύπτωσι. Παρακεί. ἐὰν τετύφω. ύφῃς. ύφῃ. Δ. τετύφητον. φητον. Π. τετύφωμεν. ητε. τετύφωσι. Παρακεί. μέσος. ἐὰν τετύπω. ύπῃς. ύπῃ. Δ. τετύπητον. πητον. Π. τετύπωμεν. πητε. τετύπωσι. Ἀόρ. α. ἐὰν τύψω. τύψῃς. τύψῃ. Δ. τύψητον. ψητον. Π. τύψωμεν. ψητε. τύψωσι. Ἀόρ. β. ἐὰν τύπω τύπῃς τύπῃ. Δ. τύπητον. ητον. Π. τύπωμεν τύπητε τύπωσι.

Ἀπαρέμφατα ἐνεργητικὰ καὶ μέσα. Infinitiua actiua & media.

Ἐνεστὼς. τύπτειν. παρακ. τετυφέναι. μέσος. τετυπέναι. Ἀόρι. α. τύψαι. Ἀόρ. β. τυπεῖν. Μέλ. α. τύψειν. μέλλων δεύτερος. τυπεῖν.

Μετοχαὶ ἐνεργητικαὶ καὶ μέσαι. Participia actiua & media.

Ἐν. Ὁ τύπτων. τοῦ τύπτοντος. ἡ τύπτουσα. ούσης. τὸ τύπτον τύπτοντος. Παρακ. ὁ τετυφώς. φότος. ἡ τετυφυῖα. φυίας. τὸ τετυφός. φότος. Παρακ. μέσος. ὁ τετυπώς. πότος. ἡ τετυπυῖα. πυίας. τὸ τετυπός. πότος. Ἀόρ. α. ὁ τύψας τύψαντος. ἡ τύψασα. ψάσης. τὸ τύψαν τύψαντος. Ἀόρ. β. ὁ τυπὼν τυπόντος. ἡ τυποῦσα. ούσης. τὸ τυπόν. όντος. Μέλ. α. ὁ τύψων τύψοντος. ἡ τύψουσα. ούσης. τὸ τύψον τύψοντος. Μέλ. β. ὁ τυπῶν. οῦντος. ἡ τυποῦσα. ούσης. τὸ τυποῦν τυποῦντος.

Ὁριστικὰ παθητικὰ καὶ μέσα. Indicatiua paſſiua & media.

Ἐνεστὼς. τύπτομαι. τύπτῃ. τύπτεται. Δ. τυπτόμεθον τύπτεσθον. σθον. Π. τυπτόμεθα τύπτεσθε τύπτονται. Παρατα. ἐτυπτόμην ἐτύπτου ἐτύπτετο. Δ. ἐτυπτόμεθον ἐτύπτεσθον ἐτυπτέσθην. Π. ἐτυπτόμεθα ἐτύπτεσθε ἐτύπτοντο. Παρακ. τέτυμμαι. τέτυψαι τέτυπται. Δ. τετύμμεθον. τέτυφθον. τέτυφθον. Π. τετύμμεθα. τέτυφθε. τετυμμένοι εἰσί. Ὑπερσυν. ἐτετύμμην. ἐτέτυψο. ἐτέτυπτο. Δ. ἐτετύμμεθον ἐτέτυφθον ἐτετύφθην. Π. ἐτετύμμεθα ἐτέτυφθε. τετυμμένοι ἦσαν. Ἀόρ. α. ἐτύφθην. ύφθης. ύφθη. Δ. ἐτύφθητον. θήτην. Π. ἐτύφθημεν. ἐτύφθητε ἐτύφθησαν. Ἀόρ. β. ἐτύπην. ύπης. ύπη. Δ. ἐτύπητον. ήτην. Π. ἐτύπημεν ἐτύπητε. ύπησαν. Μέλ. α. τυφθήσομαι τυφθήσῃ. ήσεται. Δ. τυφθησόμεθον τυφθήσεσθον. ήσεσθον. Π. τυφθησόμεθα τυφθήσεσθε. ήσονται. Μέλ. β.

τυπήσομαι. τυπήσῃ. τυπήσεται. Δ. τυπησόμεθον. τυπήσεσθον. τυπήσεσθον. π. τυπησόμεθα. τυπήσεσθε. τυπήσονται. Μετ' ὀλίγον μέλλων, Paulo.poſt futurum, τετύψομαι. τετύψῃ. τετύψεται. Δ. τετυψόμεθον. τετύψεσθον. τετύψεσθον. π. τετυψόμεθα. τετύψεσθε. τετύψονται. Μέσος. ἀόρ. α. ἐτυψάμην. ἐτύψω. ἐτύψατο. δ. ἐτυψάμεθον. ἐτύψασθον. ἐτυψάσθην. π. ἐτυψάμεθα. ἐτύψασθε. ἐτύψαντο. Μέσος. Ἀόρ. β. ἐτυπόμην. ἐτύπου. ἐτύπετο. δ. ἐτυπόμεθον. ἐτύπεσθον. ἐτυπέσθην. π. ἐτυπόμεθα. ἐτύπεσθε. ἐτύποντο. Μέσος. Μέλ. α. τύψομαι. τύψῃ. τύψεται. δ. τυψόμεθον. τύψεσθον. τύψεσθον. π. τυψόμεθα. τύψεσθε. τύψονται. Μέσος. Μέλ. β. τυποῦμαι. τυπῇ. τυπεῖται. δ. τυπούμεθον. τυπεῖσθον. τυπεῖσθον. π. τυπούμεθα. τυπεῖσθε. τυποῦνται.

Προστακτικὰ παθητικὰ καὶ μέσα. Imperatiua paſſiua & media.

Ἐν. τύπτου. τυπτέσθω. δ. τύπτεσθον. τυπτέσθων. π. τύπτεσθε. τυπτέσθωσαν. Παρακ. τέτυψο. τετύφθω. δ. τέτυφθον. τετύφθων. π. τέτυφθε. τετύφθωσαν. Ἀόρ. α. τύφθητι. τυφθήτω. δ. τύφθητον. τυφθήτων. π. τύφθητε. τυφθήτωσαν. Ἀόρ. β. τύπηθι. τυπήτω. δ. τύπητον. ήτων. π. τύπητε. τυπήτωσαν. Μέσος. ἀόρ. α. τύψαι. τυψάσθω. δ. τύψασθον. τυψάσθων. π. τύψασθε. τυψάσθωσαν. Μέσ. ἀόρ. β. τυποῦ. έσθω. δ. τύπεσθον. τυπέσθων. π. τύπεσθε. τυπέσθωσαν. Εὐκτικὰ παθητικὰ καὶ μέσα. Optatiua paſſiua & media.

χιόνος. ἀμφίων. ίονος. et alia quædam compoſita præcedente ancipiti correpta, vt ὁ ἀμφικτύων ἀμφικτύονος, πρόκτίων πρόκτιονος. Item diſſyllaba non denominatiua, duas ante. ων. conſonantes in comprehenſione habentia, vt ὁ τέκτων τέκτονος, ἄκμων ἄκμονος. et polyſyllaba penultimam producentia, vt παιών παιῶνος. et compoſita à φρὴν φρενός, vt δαΐφρων δαΐφρονος, ἄφρων ἄφρονος. et deducta à maſculinis in. ος. vt ab ἄναιμος ἀναίμων ἀναίμονος. Item oxytona quæcunq; fœminina, vt ἡ εἰκὼν εἰκόνος, καρχηδὼν καρχηδόνος, ἀηδὼν ἀηδόνος. præterquã ἡ μελεδὼν. όνος. ἡ τυφεδὼν. όνος. et præter propria ciuitatũ non finita in. ηδων. vt πλευρὼν. ὄνος. σιδών. ῶνος. Item oxytona maſcul. polyſyllaba in. δὼν. et. δμὼν, vt σαρπηδὼν. όνος. μακεδὼν. δόνος. κηδεμὼν. όνος. exceptis ὁ καλυδὼν. ῶνος. et ὁ ἀμυδὼν. ῶνος. In ῶντος, exeunt circũflexa, quæ vt plurimũ per contractionẽ fiunt. vt ὁ δημοφῶν ex δημοφόων, τοῦ δημοφῶντος. exceptis ποσειδῶν, ῶνος. παῶν. ῶνος. τυφῶν. ῶνος. Itẽ participia ſecũdæ cõiugationis circũflexorũ, tam maſculina, q̃ neutra. vt ὁ βοῶν βοῶντος. τὸ βοῶν. ῶντος, ex βοάων, et βοάον. In. οντος. exeunt habentia fœmininũ in. αινα. vt ὁ λέων λέοντος, quia ἡ λέαινα. præter λάκων λάκωνος. quib9 ſimile eſt γέρων γέροντος. Itẽ polyſyllaba in. δων. barytona modo nõ ſint denoĩatiua. vt κελάδων κελάδοντος. et in. θων. participalia, vt φαέθων φαέθοντος. πυριφλεγέθων. έθοντος. Item cõpoſita ex ὀδοὺς ὀδόντος, vt χαλκώδων χαλκώδοντος. θερμώδων θερμώδοντος. Itẽ participia in. ων. grauitona & oxytona, vt ὁ τύπτων τύπτοντος. τυπῶν τυπόντος, nã circũflexa nõ cõtracta. υ. aſſumũt in diphthõgũ, vt τυπῶν. οῦντος.

In. ον. alia nõa ſunt, alia participia: ſed vtraq; neutra adiectiua, vt τὸ εὔδαιμον εὐδαίμονος, τὸ μεῖζον μείζονος, ſicut ὁ καὶ ἡ εὐδαίμων εὐδαίμονος, ὁ καὶ ἡ μείζων μείζονος. τὸ τύπτον τοῦ τύπτοντος, ſicut ὁ τύπτων τύπτοντος. ſequuntur enim hæc inflexionem ſuorum maſculinorum, illa ſuorũ cõmunium.

In. ουν. quoq; neutra ſunt: atq; itidem ſequũtur inflexionem ſuorum maſculinorũ, vel cõmuniũ, vt τὸ δίπουν δίποδος, ſicut ὁ καὶ ἡ δίπους δίποδος. ſic participia, vt τὸ τυποῦν τυποῦντος, ſicut ὁ τυπῶν τυποῦντος.

SCHOL. *v. et. ρ. quia ſunt immutabiles, manẽt in obliquis. De genitiuo nominũ in. ῶν. prolixe agunt multi grãmatici. eos conſulat, cui hæc non fuerint ſatis. Nobis uiſum eſt illa arctare: cum q. plæraq; exempla, quæ ab eis adducuntur propria ſunt & rara, tum etiam q. ſæpe in his poetica licentia. ο. inuenitur poſitum pro. ω. & e diuerſo. ω. pro. ο. Ex fœmininis in. ων. nec circumflexum reperitur ullum, nec declinatum per. ντ. Porro nomina in. ῶν. compoſita à nominibus etiam in. ων. ſuo-*



*rum ſimpliciũ formã ſequũtur, ut* χαλκοχίτων χαλκοχίτωνος, *quia* χιτὼν χιτῶνος. *Neutra in. ον. tam nomina quã participia impariter flectuntur, exceptis omnibus ſubſtantiuis. quæ pariter declinantur, ut* τὸ γυμνάσιον τοῦ γυμνασίου. *et adiectiuis ac participijs non habentibus terminationem maſculinam in. ων. ut* τὸ καλὸν καλοῦ, τὸ τυπτόμενον τυπτομένου.

## De nominibus terminatis in. ρ. Cap. 9.

SExcupliter deſinit. ρ. in. αρ. ηρ. ειρ. υρ. ωρ. ορ. Genitiuus fere fit. ος. addito, hac ſerie. In. αρ. maſculina ſunt plæraq;. genitiuo. αρος. vt ὁ κάρ καρός. Itidem fœminina, vt ἡ δάρ δαρος. ſunt etiam quædam neutra: ex quibus illa ſequũtur hanc inflexionem, quæ diſſyllaba ſunt & non habent penultimam natura productam, vt τὸ ὕπαρ. νέκταρ. ὕπαρος νέκταρος. reliqua mutant. ρ. in. τ. vt ἧπαρ ἥπατος. ſic τὸ οὖθαρ, ἄλειφαρ. δέλεαρ. quibus ſimilia ſunt τὸ φρέαρ φρέατος, ςέαρ ςέατος. In. ηρ. partim ſũt maſculina, partim fœminina. Maſculina exeunt in. ηρος. vt σωτὴρ σωτῆρος. fœminina in ερος. vt ἡ μήτηρ μητέρος. quorum formam ſequũtur quoq; ex maſculinis oxytona ſupra vnam ſyllabam, quæ non habent. τ. ante. ηρ. vt ὁ ἀνὴρ ἀνέρος, ἀὴρ ἀέρος, αἰθὴρ αἰθέρος. præter σπινθὴρ σπινθῆρος, et ἐλευθὴρ ἐλευθῆρος. rurſus ex illis quæ. τ. habent ante. ηρ. hæc duo mutant. η. ὁ ἀςὴρ ἀςέρος, πατὴρ πατέρος καὶ πατρός. Item barytona penultimã producẽtia, vt ὁ πίνηρ πίερος, φράτηρ φράτερος. In. ειρ. maſculina fere ſunt, genitiuo. ειρος. vt ὁ φθεὶρ φθειρός. ſic ἡ χεὶρ. fœmininũ τῆς χειρός, cum compoſitis cõmunibus, ὁ καὶ ἡ πολύχειρ πολύχειρος ἑκατόγχειρ ἑκατόγχειρος. In. υρ. pauca ſunt, eaq; maſculina, vt ὁ ψίθυρ μάρτυρ. præter τὸ πῦρ. neutrum. Genitiuo. υρος. ψίθυρος μάρτυρος πυρός. In. ωρ. Plæraq; ſunt maſculina, vt ὁ φώρ πέλωρ. pauca cõmunia, vt ὁ καὶ ἡ παντοκράτωρ: pauciora neutra, vt τὸ ἔλωρ. Genitiuo. ωρος. φωρὸς πελώρος. excipiuntur τὸ ὕδωρ ὕδατος, et τὸ σκῶρ σκατὸς irregularia: & barytona, quæ non habent. λ. ante. ωρ. nec ſunt latina. ea enim mutant. ω. in. ο. vt ὁ ἕκτωρ ἕκτορος, ὁ καὶ ἡ ἀπάτωρ ἀπάτορος. In. ορ. rara ſunt & neutra. Genitiuo. ορος. vt τὸ ἦτορ ἤτορος.

SCHOL. *Finita in. ηρ. fœminina ſyncopẽ patiũtur in genitiuis & datiuis ſingularibus. qbus ſimile eſt maſculinũ,* ὁ πατήρ. *porro,* ὁ ἀνήρ, *præter ſyncopen. quã in omnibus caſibus patitur, etiam. δ. recipit. Horum inflexiones habentur libro. I. Vbi aduertendum, q. ex caſibus geminis, illi qui non habent ſyncopen, fere ſunt poetici, ut* πατέρος ἀνέρος μητέρος. *Nam oratores conciſos recipiunt, ut puta* πατρὸς ἀν-

*ῥος μητρός. ex fœmini. autem quædam etiam in accuſatiuo ſingulari ſyncopen admittunt, vt ἡ δημήτηρ τὴν δημήτερα καὶ δήμητρα. cæterum ab ἡ θυγάτηρ accuſatiuus τὴν θυγατέρα, oratorius eſt: θύγατρα uero poeticus.*

## De finitis in duplicem. ξ. vel. ψ. Cap. 10.

MVltas deſinentias efficit. ξ. αξ. ηξ. ιξ. υξ. ιγξ. υγξ. ωξ. οξ. αιξ. αυξ. λξ. ρξ. In. αξ. partim ſunt maſculina, partim fœminina. Genitiuo. ακος, vt ὁ θώραξ θώρακος. φύλαξ φύλακος, ἡ ἄυλαξ ἄυλακος. excipiuntur deriuata à verbis in. ζω. quæ exeunt in. αγος. vt ἅρπαξ ἅρπαγος. In. ηξ. quoqꝫ ſunt quædam maſculina, quædam fœminina. Genitiuo. ηκος. ὁ μύρμηξ μύρμηκος, ἡ πήληξ πήληκος. Excipiuntur ἡ βήξ βηχὸς, & fœminina cõpoſita habentia. ω. in penultima, quæ in. εκος. exeunt, vt ἡ ἀλώπηξ ἀλώπεκος: item cõmunia oxytona retinentia ſyllabam verbi vnde componũtur: quæ in. ηγος. exeunt, vt βουπλὴξ βουπλῆγος, à πλήττω πλήξω. quorum formam ſequitur, ἡ ὕπαληξ ὕπαληγος. Etiã in. ιξ. ſunt alia maſculina, alia fœminina, pauca cõmunia. atqꝫ itidẽ exeunt in. ικος. ὁ φοῖνιξ φοίνικος, ἡ κύλιξ κύλικος. Excipiuntur ὁ τέττιξ τέττιγος. et ἡ μάστιξ μάστιγος: et monoſyllaba fœminina, quæ quidem. χ. recipiunt, vt ἡ στίξ στιχὸς, θρὶξ τριχὸς, cum cõpoſitis, vt ὁ καὶ ἡ ὁμόστιξ ὁμόστιχος, καλλίθριξ καλλίτριχος. In. υξ. quoqꝫ ſunt aliqua maſculina, alia fœminina. Genitiuo. υκος. vt ὁ κῆρυξ κήρυκος. excipiuntur habentia vltra duas ſyllabas, & .α. in penultima. ea enim in. υγος. exeunt, vt ταρβάρυξ ταρβάρυγος: et deducta à verbis, vt à ζεύγω, ὁμόζυξ ὁμόζυγος. à φεύγω πρόφυξ πρόφυγος: item fœminina, vt ἡ ἄντυξ ἄντυγος, στύξ στυγός, prætereꝗ̃ ἡ νὺξ νυκτὸς, et ἄμπυξ ἄμπυκος: item habentia in penultima. ο. vt ὁ κόκκυξ κόκκυγος, dum tamen non ſequatur. β. nec. ν. nam quũ β. ſequitur, regulam obſeruant, vt βόμβυξ βόμβυκος: quũ vero. ν. per. χ. inflectuntur, vt ὄνυξ ὄνυχος. qualia etiam ſunt compoſita ab ὀρύττω, vt διῶρυξ διώρυχος. In. ιγξ. omnia ſunt fœminina. In. υγξ. vero partim maſcul. partim fœminina. genitiuꝰ exit in. γγος. ab vtriſqꝫ. ἡ σάλπιγξ σάλπιγγος. ὁ φάρυξ φάρυγγος. ἡ λύξ λυγγὸς ſingultus. λύγξ vero pro fera λυγκός. In. ωξ. maſcul. ſunt. genitiuo. ωκος. πῶξ πωκὸς. præter compoſita à τρώγω, quæ exeunt in. γος. vt κυαμοτρῶξ κυαμοτρῶγος, quibus accedit ῥῶξ ῥωγός.

In. οξ. vnum tantum eſt. ἡ φλὸξ φλογός. In. αιξ. aliud ἡ αἴξ αἰγός. In. αυξ. aliud ἡ γλαῦξ γλαυκός. Poſtremo habentia ante. ξ. conſonantem quæ non ſit. γ. per. κ. declinantur. vt ἡ ἄλξ ἀλκὸς, ἡ σὰρξ σαρκός.





Finita in. ψ. ſexcupliciter deſinunt, videlicet in. αψ. εψ. ιψ. υψ. οψ. ωψ. ſunt autem plæraqꝫ maſcul. genitiuo. πος. ὁ κύκλωψ κύκλωπος, ἡ ὄψ ὀπός. exceptis ὁ φὰψ φαβὸς, ὁ ἄραψ ἄραβος, ὁ λὶψ λιβὸς, ὁ νὶψ νιβὸς, ὁ θάρυψ θάρυβος, χάλυψ χάλυβος, ἡ φλὲψ φλεβὸς, ἡ χέρνιψ χέρνιβος, per. β. quibus accedunt compoſita à τρίβω, vt παιδοτρὶψ παιδοτρίβος: item ὁ σκίραψ σκίραφος. κατῆλιψ κατήλιφος, et ἡ κίνυψ κίνυφος, per. φ.

SCHOL. *Nullum nomen in. ξ. eſt neutrum, cõmunia pauca, eaqꝫ compoſita. Itaqꝫ fere ſunt aut maſculina aut fœminina. θρὶξ mutat. θ. in. τ. in obliquis τριχὸς: ne ſi in utraqꝫ ſyllaba ſit aſpirata, aſper ſonus efficiatur. In. ψ. quoqꝫ nullum eſt neutrum, fœminina pauca.*

## De finitis in. ς. Cap. 11.

NOminum deſinentium in. ς. quindecim ſunt terminationes recti. ας. ης. ις. υς. ως. ος. ες. ους. αυς. αις. εις. ευς. λς. νς. ρς. In. ας. genere ſimul & declinatione diſtingũtur. nã maſculina, ſiue ſubſtãtiua ſint, ſiue adiectiua, & participia quælibet, in. αντος. exeunt, vt ὁ αἴας τοῦ αἴαντος. ὁ πᾶς παντὸς, ὁ τύψας τύψαντος. fœminina vero oxytona, in. αδος. vt λαμπὰς λαμπάδος. neutra, quæ ante. ας. habent vocalem aut. ρ. in. ατος. reliqua ſunt indeclinabilia, de quibus omnibus poſtea dicetur. In. ης. plæraqꝫ ſunt maſculina. reperiuntur & fœminina non pauca in. της. et cõmunia quædam. exeunt autem fere in. ητος. vt ὁ κρὴς κρητὸς, ἡ φιλότης φιλότητος. ὁ καὶ ἡ ἡμιθνὴς ἡμιθνῆτος. excipiuntur circũflexa facta à nominibus in. εις. quæ exeunt in. εντος. vt τιμῆς τιμῆντος, à τιμήεις τιμήεντος. Sunt & alia exeuntia in. εος. et per cõtractionem in. ους. maſculina videlicet propria à verbis compoſita, vt ὁ ἀριστοφάνης τοῦ ἀριστοφάνεος ἀριστοφάνους, à φαίνω. Item ex neutris compoſita, vt à κλέος ὁ ἡρακλῆς τοῦ ἡρακλέος. οῦς. à σθένος ὁ δημοσθένης τοῦ δημοσθένεος. ένους. Item cõmunia barytona vel oxytona habentia neutram terminationem per. ες. vt ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς, τὸ ἀληθὲς τοῦ ἀληθέος. θοῦς. ὁ καὶ ἡ λοιμώδης, τὸ λοιμῶδες, τοῦ λοιμώδεος. ώδους. etiam in. ρης. diſſyllaba, vt ὁ ἄρης τοῦ ἄρεος. et in. ωρης. vt ὁ διώρης διώρεος. et in. ηρης. vt ἡ τριήρης τριήρεος. Item in. νης. oxytona, vt σαφηνὴς σαφηνέος. ηνοῦς. et compoſita à nominibus in. υς. vt ab ὠκὺς ποδώκης ποδώκεος ποδώκους. In. ις. partim ſunt maſcul. partim fœmini. genitiuo. ιος. ὁ μάντις μάντιος. ἡ λέξις λέξιος. excipiuntur habentia duas immutabiles ante. ις. quæ in. ιθος. exeunt, vt ὄρνις ὄρνιθος. μέρμις μέρμιθος. Item propria: nempe ea cõmuniter per. δος. inflectuntur, vt ὁ πάρις πάριδος, κύπρις κύπριδος. ex appella

tiuis quoq; quædam exeunt in. δος. videlicet compoſita à πόλις et μάντις maſculina & cõmunia, vt ὁ σώπολις σωπόλιδος, ὁ καὶ ἡ φυγόπολις φυγοπόλιδος. ὁ πρόμαντις προμάντιδος. Item maſcu. denominatiua penultimã producentia: et alias quæ habent vnam tantũ conſonantẽ ante. ις. vt ὁ εὖνις εὔνιδος. λάτρις λάτριδος. κρᾶθις κράθιδος. Item fœminina circũflexa, & oxytona. vt ἡ βενδῖς. σφραγὶς. ῖδος. et barytona in. νις. præcedente longa. vt νεᾶνις νεάνιδος. In. υς. quoq; ſunt quædã maſcul. alia fœminina, alia cõmunia. genitiuo. υος. ὁ μῦς μυὸς. βότρυς βότρυος. ἡ πίτυς πίτυος. νηδὺς νηδύος. Excipiuntur ἡ κῶμυς κώμυθος et ἡ κόρυς κόρυθος. Item ὁ πῆχυς πέλεκυς πρέσβυς, et ἡ ἔγχελυς. quæ in. εως. exeunt attice, πήχεως πελέκεως πρέσβεως ἐγχέλεως. Item adiectiua: quippe quæ in. εος. exeunt. vt ὁ βραχὺς βραχέος. præter πολὺς πολλοῦ. Item ex fœmininis oxytona habentia. υ. recti correptũ. quæ in. υδος. genitiuũ formant. vt ἡ πηλαμὺς χλαμὺς κρο κύς. Cõpoſita vero à ſimplicibus in. υς. eorum variationem cuſtodiunt. vt καλλίχθυς καλλίχθυος. τρίβραχυς τριβράχεος. q̃ ſi aliunde cõpoſitionem habeant, in. δος exeunt. vt ἔπηλυς. νέηλυς. υδος. Participia in. υς. per ντ. declinantur. vt ὁ ζευγνὺς ζευγνύντος. In. ως. maſculina ſunt, præterq̃ ἡ αἰδὼς αἰδόος. αἰδοῦς. ἡ ἠὼς ἠόος ἠοῦς. et τὸ φῶς φωτὸς neutrũ. genitiuo. ωτος. vt ὁ γέλως γέλωτος. ἱδρὼς ἱδρῶτος. Excipiuntur monoſyllaba oxytona habentia. τ. δ. aut. θ. quæ in. ωος. exeunt. vt ὁ τρὼς τρωός, ὁ δμὼς δμωὸς. ὁ θὼς θωός. qualia ſunt etiam ex barytonis excedentibus vnam ſyllabam, illa quæ penultimã habent longã. vt ὁ ἥρως ἥρωος. excepto εἵλως εἵλωτος.

In. ος. omnia ſunt neutra contracta. genitiuo. εος. τὸ τεῖχος τοῦ τείχεος τείχους. participia vero in. οτος. exeũt. vt τὸ τετυφὸς τετυφότος. In ες. quoq; neutra ſunt omnia & contracta, habentq; terminationem cõmunem in. ης. cuius variationem ſequũtur. vt τὸ ἀληθὲς τοῦ ἀληθέος καὶ ἀληθοῦς. ſicut ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς ἀληθέος. θοῦς. In. ους. maſculina ſunt, præter τὸ οὖς. ὠτός. Genitiuo. οος. vt ὁ βοῦς τοῦ βοὸς. χνοῦς χνοός. ποὺς tamen facit ποδὸς ſic πολύπους πολύποδος. et cætera eius compoſita. ὀδοὺς vero ὀδόντος, ſicuti & participia tertiæ coniugationis εἰς. μι. vt δοὺς δόντος, ἁλοὺς ἁλόντος. Circumflexa vero contracta in. ους. ex. οεις. exeunt in. ουντος. vt ὁ σιμόεις καὶ σιμοῦς, σιμοῦντος, ὁ πλακόεις καὶ πλακοῦς πλακοῦντος. Sic & fœminina quædam propria ciuitatum. vt ἡ ὀποῦς ὀποῦντος. ἡ τραπεζοῦς τραπεζοῦντος. In. αυς. duo tantum ſunt, eaq; fœminina. ἡ ναῦς ναὸς, ἡ γραῦς γραὸς. In. αις. vnum eſt fœmininum, ἡ δαὶς δαιτὸς, alterum neutrum



τὸ ςαὶς ςαιτὸς, et aliud cõmune, ὁ καὶ ἡ παῖς παιδὸς, cum cõpoſitis, vt ὁ καὶ ἡ εὔπαις εὔπαιδος, ἄπαις ἄπαιδος. Deſinentia in. εις. maſculina ſunt, præter pauca fœminina. Ex his monoſyllaba, in. ενος. exeunt. vt ὁ κτεὶς κτενὸς, ὁ εἷς ἑνὸς. et eius compoſita μηδεὶς μηδενὸς, οὐδεὶς οὐδενός. præterquã, ἡ κλεὶς κλειδός. Quæ vero excedunt vnam ſyllabã, in. εντος. ὁ σιμόεις σιμόεντος, ὁ χαρίεις χαρίεντος, ἡ ὀπόεις ὀπόεντος. Participia quoq; omnia in. εντος. vt ὁ τυφθεὶς τυφθέντος, ὁ τιθεὶς τιθέντος. In ευς. omnia ſunt maſculina & contracta. genitiuo. εος. ὁ ἀτρεὺς ἀτρέος. In σ. vero præcedente cõſonãte, ſic. λς. νς. ρς. rara ſunt. Nẽpe in. λς. vnũ reperitur ὁ ἅλς pro ſale, τοῦ ἁλὸς. qđ ipſum fœmininũ eſt ἡ ἅλς ἁλὸς, pro mari. In. νς. ρς. præcedẽte quidẽ. α. per. τ. inflectũtur. vt ὁ μάκαρς μάκαρτος, ἡ δάμαρς δάμαρτος. alias per. θ. vt ὁ ἕλμινς ἕλμινθος. τίρυνς τίρυνθος.

SCHOL. E nominibus finitis in. ας. ea impariter declinãtur p. αντος. quæ ſequũtur. Diſyllaba barytona in. ας. purũ, ut ὁ βίας βίαντος, αἴας αἴαντος, excepto ὁ λάας. qđ quũ propriũ eſt, τοῦ λάα facit, quũ appellatiuũ λάαος, et per cõtractionẽ λᾶος. Itẽ polyſyllaba in. ιας. barytona gentilia incipientia à. π. ut πικίας πικίαντος. Et oxytona unius ſiue pluriũ ſyllabarũ, ut ὁ πρὰς πράντος. ἱμὰς ἱμάντος ἀνδριὰς ἀνδριάντος. quibus adiũgitur ὁ πᾶς τοῦ παντὸς circũflexum. Item ex barytonis habẽtibus. ας. non purũ, finita in. γας. ut γίγας γίγαντος, excepto μέγας μεγάλου. et in. δας. præcedente diphthõgo, ut οἴδας οἴδαντος. Itẽ in. λας. unius generis, præcedente conſonante altera aut uocali longa, ut ἄτλας πάλλας. χήλας. αντος. μέλας uero μέλανος et τάλας τάλανος, duorum generum ſunt. In. ρας. quoq; habentia primam & ſecundam ſyllabam ab eadem conſonante incipientem, uel ab eius antiſticho. ut ὁ πρόφρας τεύθρας. αντος. Similiter quæ participijs coincidunt, ut ὁ πείρας ἄρας. αντος. et quæ habent à ante. ρας ut τάρας. κάρας. αντος. Præterea polyſyllaba in. σας. et φας. ut ἀπέσας κορύφας. αντος. Ad hæc quæ ſunt indifferenter duarum uel plurium ſyllabarum in. βας. præcedente. ρ. aut uocali ancipite correpta, ut ὁ φόρβας. ἄλυβας. βίβας. et ἄβας proprium. αντος exceptis ὁ βαρνάβας. κάβας. λάβας. et ἄβας gentile. quæ per. α. declinantur In. δας. quoq; à uerbis barytonis deducta, ut ab. εἴδω. εἴδας εἴδαντος, à χαρίζομαι. χαρίδας χαρίδαντος. etiam in. υζας. ut βύζας βύζαντος. et in. μας. præcedente breui, ut ἀδάμας ἀδάμαντος. πολυδάμας πολυδάμαντος. quibus ſimile eſt ὁ θαῦμας θαύμαντος. His iungenda ſunt participia, tam oxytona, quàm barytona, ut ὁ ἱςὰς ἱςάντος, ποιήσας ποιήσαντος. Compoſita uero ſimplicium formam ſequũtur, ut ὁ λυκοθόας λυκοθόαντος, quia ὁ θόας θόαντος. Reli

quæ declinantur pariter. ex quibus in. ου. communiter exeunt barytona excedentia duas syllabas, quæ habent ante. ας. quampiam ex his literis. ε. υ. ει. ι. aut. ρ. præcedente. ο. ut πυθέας πυθέου. μαρσύας μαρσύου. αἰνείας. είου. λυσίας. σίου. ξεναγόρας. όρου præterquam gentilia in. ιας. incipientia à. π. quæ exeunt in. αντος. His demptis, cætera remoto. σ. genitiuum faciunt in. α. sunt autem ea magna ex parte dorica & propria. de quibus abunde à grammaticis ueteribus & iunioribus tractatum est. Itidem finita in. ης. partim pariter, partim impariter declinantur. pariter quæ sequuntur: circumflexa uidelicet quæ monosyllaba non sunt, ut ὁ ἑρμῆς τοῦ ἑρμοῦ. Item ex barytonis spondaica, ut ὁ χρύσης χρύσου. ξέρξης ξέρξου, exceptis ὁ μάσθλης μάργης. ναίης. κούρης. πίγρης. τίγρης. μάγνης. φάγρης. ἴγνης. μάσης. μίδης. γλοίης. quæ in. ητος. impariter exeunt. Etiam quæ à fœmininis in. η. deducuntur, ut ἡ λέχη ὁ λέχης λέχου. ἡ χαίτη ὁ κυανοχαίτης. αίτου. Item in. δης. patronymica, ut ὁ πηλείδης πηλείδου. et propria patronymicorum formam habentia, ut ὁ θουκυδίδης. ίδου. Deriuata quoque, siue decomposita à nominibus in. ος. uel. ους. ut ab ἄραξος, ὁ ἀράξης ἀράξου. ab οἰδίπους, ὁ οἰδιπόδης. όδου. Etiam in. της. non composita à uerbo κρατῶ, ut ὁ χάρτης θύτης. Ad hæc finita in. θης. et. λης. ut ὁ σκύθης ὀζόλης. et in. νης. præcedente aliqua ex his uocalibus. α. ι. ο. υ. ω. ut ὁ ἰορδάνης. αἰσχίνης. γηρύνης. κερύνης. τελώνης. Item polysyllaba habentia ante. ης. immutabilem geminatam, ut ὁ ἰωάννης. καβάλλης. ac denique à uerbo composita, quæ sunt unius generis, ut ὁ παιδοτρίβης. ίβου. à τρίβω tero, ὁ χοινοβάτης, à βαίνω ascendo. Monosyllaba uero in. ης. circumflexa (quæ pauca & dorica sunt) in primam declinationem à quibusdam reijciuntur, ab alijs in quartam: faciuntque genitiuum in. η. ut ὁ δρῆς τοῦ δρῆ τῷ δρῆ τὸν δρῆν ὦ δρῆ. similiter ὁ τρῆς τρῆ. quibus accedit ὁ ποδῆς ποδῆ, dissyllabum. et barbara, ut ὁ μωσῆς. μαναςῆς. τ μωσῆ. μαναςῆ. Impariter flectuntur per. ητος. reliqua quæ talia non sunt. Cæterum latina quæ per. entis. declinantur, facta græca exeunt in. εντος. ut ὁ κλήμης ὀυάλης. κλήμεντος ὀυάλεντος.

Finita in. ις. adeo uariant, ut uix quicquam de illis præcipi possit citra exceptionem. nam et ἡ τράλλις τράλλιος facit, habens duas ancipites, & ἡ ἀγλῖς circumflexum ἀγλῖθος, et μῆνις appellatiuum μήνιδος καὶ μήνιος. et alia similiter. De dicatalectis in. ις. et. ιν. supra dictum est.

## De formatione datiui & cæterorum casuum singul. numeri. Cap. 12.

Datiuus fit à genitiuo. ος. in. ι. αἴαντος αἴαντι. accusatiuus à datiuo. ι. in. α. breue, αἴαντι αἴαντα. Excipiuntur finita in. υς. vel. ις. declinata p. ος. purum, quæ formant accusatiuum à recto. ς. in. ν. vt ὁ βότρυς βότρυος τὸν βότρυν, ὁ ἡδὺς ἡδέος τὸν ἡδὺν, ὁ ὄφις ὄφιος τὸν ὄφιν. quibus accedunt ἡ ναῦς



ναὸς τὴν ναῦν, ἡ γραῦς γραὸς τὴν γραῦν, ὁ βοῦς βοὸς τὸν βοῦν καὶ βόα. Vocatiuus similis esse solet recto. Excipiuntur tamen nomina declinata per. ντ. non contracta. in quibus. τος. genitiui abiecto efficitur. vt τοῦ αἴαντος ὦ αἶαν. item finita in immutabilem. quæ vocatiuum fere formant abiecto. ος. genitiui. ὁ τέρην τέρενος, ὦ τέρεν. ὁ ἕκτωρ ἕκτορος, ὦ ἕκτορ. exceptis substantiuis exeuntibus in. ενος. vt ὁ ποιμὴν ποιμένος. ὦ ποιμήν. Cæterum quæ exeunt in. ερος. si penultimam in genitiuo acuunt: tonum quoque transferunt in præcedentem in vocatiuo. vt ὁ ἀνὴρ ἀνέρος, ὦ ἄνερ. ὁ πατὴρ πατέρος, ὦ πάτερ, ἡ θυγάτηρ θυγατέρος, ὦ θύγατερ. quibus simile est ὁ σωτὴρ τοῦ σωτῆρος, ὦ σῶτερ. πίηρ tamen πίερος, ὦ πίηρ facit. Porro barytona polysyllaba composita desinentia in. ων. similiter formant vocatiuum à genitiuo. ος. remoto, & tono translato in præcedentem, ὁ ἀγαμέμνων κακοδαίμων, ὦ ἀγάμεμνον κακόδαιμον. quam formam sequitur quoque ὁ ποσειδῶν, ὦ πόσειδον. Item desinentia in. ης. contracta vocatiuum faciunt in. ες. ὁ ἀληθὴς τοῦ ἀληθέος. θοῦς. ὦ ἀληθές. ex his autem ea quæ sunt composita barytona, tonum similiter transferunt in antepenultimam. vt ὁ δημοσθένης τοῦ δημοσθένεος δημοσθένους, ὦ δημόσθενες. Ad hæc desinentia in. υς. et. ις. barytona, & in. υς. oxytona trium generum, vocatiuum formant à recto. ς. detracto, vt ὁ βότρυς ὦ βότρυ, ὁ ἡδὺς ὦ ἡδὺ, ἡ πόλις ὦ πόλι. Eodem modo desinentia in. αις. ευς. ους. ὁ παῖς ὦ παῖ, ὁ βασιλεὺς ὦ βασιλεῦ, ὁ βοῦς ὦ βοῦ, ὁ σιμοῦς σιμοῦντος ὦ σιμοῦ. Sic nomina quoque finita in. εις. declinata per. εντος. vt ὁ χαρίεις τοῦ χαρίεντος ὦ χαρίεν καὶ ὦ χαρίει. nomina enim desinentia in. ς. diphthongo præcedente, vocatiuum fere formant à recto. ς. deposito. πους tamen et ὀδοὺς et δαὶς eum habent recto similem. Postremo nomina quartæ declinationis contractorum, in. οι. formant vocatiuum. vt ἡ λητὼ ὦ λητοῖ, ἡ αἰδὼς ὦ αἰδοῖ.

SCHOL. *Obliqui incontracti quintæ declinationis ultimam corripiunt, exceptis genitiuis dualis & pluralis producentibus. in quibus ob id necessario transfertur tonus: quando genitiuus singularis eum habet in antepenultima, ut* τοῦ αἴαντος τοῖν αἰάντοιν. τῶν αἰάντων. *Participia omnia etiam declinata per.* ντ. *uocatiuum habent recto similem, atque itidem participialia nomina. ut* ὁ καὶ ὦ τύπτων ἄρχων.

## De formatione casuum dualis & pluralis. Cap. 13.

Nominatiuus dualis, qui etiam est accusatiuus, à datiuo singulari fit. ι. in ε. τῷ αἴαντι, τὼ αἴαντε. Genitiuus, qui etiam est datiuus, à nominatiuo duali. ε. in. οιν, τοῖν αἰάντοιν. Nominatiuus pluralis à nominatiuo dua

li appoſito. σ. τὼ αἴαντε, οἱ αἴαντες. In neutris tamen. ε. vertitur in. α. τὼ σώματε, τὰ σώματα. Genitiuus à ſuo recto. ες. vel. α. in. ων. οἱ αἴαντες τῶν αἰάντων, τὰ σώματα τῶν σωμάτων. Datiuus fit à datiuo ſingulari poſito. σ. ante. ι. vltimum, expunctiſq; omnino. ν. τ. δ. θ. ſi ibi fuerint. τῷ αἴαντι τοῖς αἴασι, τῷ ἕλληνι τοῖς ἕλλησι, τῷ βήματι τοῖς βήμασι, τῇ τριάδι ταῖς τριάσι, τῇ ὄρνιθι ταῖς ὄρνισι. Alias fit à recto ſingulari addito. ι. in deſinētibus in duplicem. ψ. et. ξ. et in. σ. præcedente diphthongo cū. υ. vt ὁ ἄραψ τοῖς ἄραψι, ὁ κόλαξ τοῖς κόλαξι, ὁ βασιλεὺς τοῖς βασιλεῦσι, πούς tamen ποσὶ facit. Nomina autem in. ηρ. quæ ſyncopen in obliquis patiuntur, α. recipiunt ante. σ. vt ἡ μήτηρ, τῆς μητέρος καὶ μητρὸς. τῇ μητέρι μητρί. ταῖς μητράσι. ὁ πατὴρ, πατέρος πατρὸς, πατέρι πατρὶ, τοῖς πατράσι. Additur quoq; vocalis in diphthongum, quando in penultima datiui ſingularis eſt vel. ε. vel. ο. poſitione ꝓductū. vt χαρίεντι χαρίεισι, λέοντι λέουσι. accuſatiuus fit à ſuo recto. ες. in. ας. οἱ αἴαντες τοὺς αἴαντας.

SCHOL. *Datiu9 pluralis uult habere penultimā æqualē quātitate aut maiorē penultima datiui ſingularis: minorē nunq̄. Ideoq; ſi quū formatꝛ datiu9 pluralis à ſingulari abiectis cōſonātib9, reſultat ei9 penultima breuior: producēda eſt, addito. ι. quādo eſt. ε. ut ὁ τιθεὶς τῷ τιθέντι, τοῖς τιθεῖσι. ὁ χαρίεις τῷ χαρίεντι, τοῖς χαρίεισι. et addito. υ. qñ eſt. ο. ut ὁ θεράπων τῷ θεράποντι, τοῖς θεράπουσι. Dualis ꝗ plurales ntōs nō eſt neceſſe hic formare, ſed neq; actōs neutrorū, qñ iā ſupra dictū eſt, ſuis rectis ubiq; ſimiles eſſe.*

De aliis qnq; declinationū. cōtractis. Cap. 14.

EQuinta declinatione ſimplici naſcuntꝛ aliæ qnq; cōtractæ noīm imparium habentium. ος. genitiui purū: quæ in nōnullis caſibus coaleſcūt.

Prima eſt nominum imparium deſinentium in. ης. maſculinorū uel fœmininorū aut cōmuniū, & in. ες. aut. ος. neutrorū, eorū videlicet quę genitiuū ſimplicē faciūt in. εος. habēt enī alterū contractum in. ους. admittūtq; alias id genus contractiones in certis caſibus. vt ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς, τοῦ καὶ τῆς ἀληθέος ἀληθοῦς. τὸ τεῖχος τοῦ τείχεος τείχους. &c.

Ad ſecūdā ꝑtinēt noīa finita in. ις. maſculina vel fœminina & neutra barbara in. ι. quæcūq; ſ. faciunt genitiuū cōmunē in. ιος. Ea enī alterū habēt ionicū ꝑ. εος. ac tertiū atticū ꝑ. εως. cōtrahūtur autē cōmunes & ionicę deſinētię in plęriſq; caſib9. ὁ ὄφις τοῦ ὄφιος, cōiter, ὄφεος ionice, ὄφεως attice. &c.

Ad tertiā maſculina finita in. ευς. oxytonū quorū gtūs cōmunis fit in. εος. ionicus in. ηος. et attic9 in. εως. in reliqs obliqs admittit ionicas deſinētias. q̄ tamē nuſquā cōtrahuntꝛ. nā cōmunes tātū recipiūt cōtractionē, idq; in pau



cis caſib9. ὁ βασιλεὺς τοῦ βασιλέος cōiter, βασιλέως attice, βασιλῆος ionice.

Ad quartā reducūtur omnia fœminina imparia in. ω. vel. ως. quæ præter genitiuū ſimplicē in. οος. habēt etiā contractū in. ους. cōtrahūturq; adhuc in datiuo quoq; & accuſatiuo ſingularis. in duali vero & plurali pariter declinātur iuxta deſinētias articulorum maſculinorū, ſicut nomina quartæ declinationis ſimplicium. Omnia nomina huius declinationis in. ω. ſunt propria & acuunt vltimam. vt ἡ λητὼ. διδὼ. ἐρατὼ. τῆς λητόος λητοῦς. &c. in. ως. duo tantum, eaq; appellatiua, reperiuntur, ἡ ἠὼς et αἰδώς.

Quinta eſt neutrorū omniū in. ρας. et. ας. purum. quorū genitiuus cōmuniter fit in. τος. et ionice remoto. τ. in. ος. rurſumq; attice per cōtractionem in. ως. habetq; duas cōtractiones, in. ω. in genitiuis, & in. α. in reliquis caſibus. τὸ κέρας τοῦ κέρατος κέραος κέρως. ſic τὸ κρέας. &c.

SCHOL. *Quādo noīa imparia puras habēt deſinētias obliquorū, hiulca efficitꝛ pronūtiatio. qd ne fiat, plærūq; ſyllabæ ultimæ ſynæreſi cōglutinātur. ſynæreſin autē qdā à craſi ita diſtingūt, ut illa dicatꝛ quādo manēt eædē lr̄æ, ut τῷ τείχεϊ τείχει, craſis uero quādo cōmiſcētur, ut τοῦ τείχεος τείχους, τὰ τείχεα τείχη. Cæterū qa hæc differētia plærūq; à grāmaticis cōfunditur, cōmodi9 uocabulo cōtractionis utemur, ut potē ad utrūq; cōmuni. Fit ergo hæc cōtractio ſemꝑ in lōgā: idq; nō temere nec citra legē. Nā ꝑcedēte lōga nō habet locū: ſed oportet ꝙ ꝑcedat. ε. uel. ο. aut anceps breuis. poteſt autē ſeq uel breuis uel lōga. Notādū uero ꝙ uſus horū caſuū proſæ ſcriptoribus eſt præſcript9. ubi enī cōtracti repeciūtur, illos uſurpāt, incōtractos dialecticis ac poetis relinquētes. Qđ ſimpliciter faciūt in prima declinatione: niſi ꝙ à noīe ἄνθος nō recipiūt gtīm pluralē cōtractū ἀνθῶν, ꝙ coincidit aduerbio ἀνθῶν. i. quoniā: ſed ἀνθέων. In ſecūda uero atticos, ubi ſunt, eligūt, ꝙ ibidē deſunt cōtracti. alias ubi cōtracti ex ionicis reperiūtur, illos fere malūt. ubi uero nō eſt deſinētia attica, nec cōtracta, fere admittūt ionicā ſpreta cōmuni. dicūt enī ταῖς πόλεσι poti9 quā πόλισι. In tertia quoq; deſinētias atticas malūt, ubi ſunt: ubi uero nō ſunt, cōtractas ex cōibus recipiūt. In quarta oīno cōtractas, ubi ſunt, ſicuti in prima. In qnta uero incōtractas cōmunes. ꝙ hæ nō habēt hiatū. ideoq; quū. τ. remouetꝛ: cōtractas inde atticas admittētes, poetis ionicas dimittūt. Adſcribā hic exēplū oratorij uſus ex ſecūda declina. q̄ maxime uaria eſt. ἡ πόλις. τῆς πόλεως. τῇ πόλει. τὴν πόλιν. ὦ πόλι. Δ. τὼ καὶ ὦ πόλεε. ταῖν πολέοιν καὶ πολέων. Π. αἱ καὶ ὦ πόλεις τῶν πόλεων. ταῖς πόλεσι. τὰς πόλεις.*

De aliis cōtractis q̄ hiſce. 5. declina. nō includuntꝛ. Ca. 15.

COntrahuntur ad hæc alia quædam in certis caſibus: oxytona videlicet in. υς. adiectiua per. εος. inflexa, in datiuo ſingulari, & in nominatiuo

accuſatiuo & vocatiuo pluralibus. ὁ ἡδὺς ἡδέος, τῷ ἡδέϊ ἡδεῖ. οἱ καὶ ὦ ἡδέες ἡδεῖς, τοὺς ἡδέας ἡδεῖς. τὸ ἡδὺ vero in datiuo ſingulari tantũmodo, τῷ ἡδέϊ ἡδεῖ. His ſimile eſt ὁ ἥμισυς, τὸ ἥμισυ barytonũ, τῷ ἡμίσεϊ. ισει. οἱ ἡμίσεες ἡμίσεις. τοὺς ἡμίσεας ἡμίσεις. Barytona quoq;, & oxytona in. υς. ſubſtantiua, quæ per. υος. genitiuũ faciunt, contrahũtur in illis tribus caſibus numeri pluralis, ſed ſemper in. υ. ὁ βότρυς βότρυος. οἱ καὶ ὦ βότρυες βότρυς, τοὺς βότρυας βότρυς. ὁ ἰχθὺς ἰχθύος. οἱ καὶ ὦ ἰχθύες ἰχθῦς. τοὺς ἰχθύας ἰχθῦς. In. ων. quoq; cõparatiua cõmunia cõtrahũtur in accuſatiuo ſingulari in. ω. et in noĩatiuo accuſatiuo & vocatiuo pluralis in. ου. neutra vero in iiſdẽ caſib⁹ pluralis in. ω. ὁ καὶ ἡ μείζων, τὸν μείζονα καὶ μείζοα, et ꝑ craſin μείζω. οἱ καὶ ὦ μείζονες μείζοες, καὶ μείζους. τοὺς μείζονας μείζοας καὶ μείζους. τὸ μεῖζον μείζονος. τὰ καὶ ὦ μείζονα μείζοα καὶ μείζω. Item finita in. ους. declinata per. οος. in iiſdem tribus caſibus pluralis cõtrahũtur in. ου. ſicut comparatiua cõmunia. ὁ βοῦς, οἱ καὶ ὦ βόες βοῦς, τοὺς βόας βοῦς. quanquã in hoc differentiæ gratia rectus pluralis incõtracte ſæpius effertur, βόες. Sunt etiam ex paribus nõnulla, quæ in omnibus caſibus contrahũtur, vt ὁ νόος νοῦς, τοῦ νόου νοῦ. Itidem ὁ χρύσεος χρυσοῦς, τοῦ χρυσέου. σοῦ. ἡ χρυσέη. σῆ. τῆς χρυσέης. ῆς. τὸ χρύσεον. σοῦν. τοῦ χρυσέου. σοῦ. Item τὸ ὀστέον ὀστοῦν. huius tamen terminatio incontracta ὀστέον in cõmuni quoq; vſu eſt in plærisq; caſibus. Huc etiam pertinent illa ὁ ἀδελφιδοῦς. θυγατριδοῦς. τοῦ ἀδελφιδοῦ. θυγατριδοῦ. facta ex ἀδελφίδεος. θυγατρίδεος. Ex imparibus quoq; deſinẽtia in. οεις. in omnibus caſibus contrahũtur. vt ὁ σιμόεις σιμοῦς, τοῦ σιμόεντος σιμοῦντος, ὁ πλακόεις πλακοῦς, τοῦ πλακόεντος πλακοῦντος.

SCHOL. Τοὺς βοῦς ἰχθῦς, *et eiuſmodi, Plutarchus more attico fieri tradit, ſicut* μείζους *et* μείζω. *Inueniuntur autem horum incontractæ deſinentiæ apud cõmunes etiam ſolutæ orationis ſcriptores. Neutra in.* υς. *in plurali non contrahuntur,* ὀξέα ἡδέα, *et cætera. In comparatiuis ut locum habeat contractio, prius elidendũ eſt* ν. τὸν μείζονα μείζοα, *ac deinde contrahendum* μείζω. *ſimili modo in plurali. Participia præſentis actiua & paſſiua uerborum circumflexorum in omnibus caſibus & generibus contrahuntur. quorum exempla lib. 1. appoſita ſunt.*

## De generib⁹ nominũ, & de adiectiuorũ terminationib⁹. Cap. 16.

NOmina propria virorũ ſunt maſculini generis: mulierũ fœminini. Quæ vtriuſq; ſexus ſubſtantiam ſignificant, ſunt naturaliter cõmunia, vt ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος homo, θεὸς deus dea, κάμηλος camelus. Quæ naturale mu-





le munus virorum, maſculina: quæ mulierum, fœminina. vt ὁ πατὴρ pater. ἀνὴρ vir. ἑκυρὸς ſocer. ἡ μήτηρ mater. γυνὴ mulier vxor. ἐγκύμων pregnans. Quæ munus naturaliter aut ciuiliter vtriq; ſexui quadrans, cõmunia. vt ὁ καὶ ἡ παρθένος virgo. γονεὺς parens. διάκονος miniſter miniſtra. Quæ altero genere vtrumq; ſexum complectuntur, promiſcua dicuntur. vt ὁ ἀετὸς ἡ χελιδών. Præterea propria menſium & fluuiorũ maſculina ſunt. vt ὁ πυανεψιών, ὁ ἠριδανός. vrbium vero inſularũ & nauium, fœminina, vt ἡ σιδὼν δῆλος ἀργώ. arborum fere fœminina, ἡ κέδρος. literarũ ſemper neutra, τὸ ἄλφα. Appellatiua duorũ generũ, fere ſubiacent prædictis regulis: quę autẽ vni⁹ ſunt generis, plæraq; teriationũ regulas ſequũtur. de qb⁹ vtcũq; cõfuſe dictũ eſt ĩ declinationib⁹. Adiectiua terna cõplectũtur genera, eaq; ternis quãdoq; vocibus, ὁ καλὸς ἡ καλὴ τὸ καλόν, quãdoq; binis, ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς τὸ ἀληθές. Quorũ terminationes ſequũtur. Ος. η. vel. α. ον. vt ὁ καλὸς ἡ καλὴ, τὸ καλόν. τόσος τόση τόσον, vnde τοσόσδε τοσήδε τοσόνδε. ὁ πονηρὸς ἡ πονηρά. τὸ πονηρόν. ὁ τοῖος τοία τοῖον, vnde τοιόσδε τοιάδε τοιόνδε. ἄλλος vero ἄλλη, neutram terminationẽ finit in. ο. ἄλλο ſicut pronomina quædam cum illorũ compoſitis. Οῦς. ῆ. οῦν. vt ὁ ἁπλοῦς ἡ ἁπλῆ τὸ ἁπλοῦν. Ος. ον. ὁ καὶ ἡ φιλόκαλος, τὸ φιλόκαλον. ὁ καὶ ἡ εὐπρόσωπος, τὸ εὐπρόσωπον. Ως. ων. ὁ καὶ ἡ ἀνάπλεως, τὸ ἀνάπλεων. Ας. ασα. αν. ὁ πᾶς ἡ πᾶσα, τὸ πᾶν. excipitur ὁ μέλας. ἡ μέλαινα τὸ μέλαν. et ὁ τάλας ἡ τάλαινα τὸ τάλαν. Εις. εσσα. εν. ὁ χαρίεις ἡ χαρίεσσα τὸ χαρίεν. Υς. oxytonum. εια. υ. vt ὁ ὀξὺς ἡ ὀξεῖα τὸ ὀξύ. Υς. υ. barytonum, ὁ καὶ ἡ ἄδακρυς τὸ ἄδακρυ. Ης. ες. ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς τὸ ἀληθές. Ις. ι. ὁ καὶ ἡ φυγόπολις τὸ φυγόπολι. Ους. ουν. ὁ καὶ ἡ τρίπους τοῦ τρίποδος, τὸ τρίπουν, ὁ καὶ ἡ εὔνους τοῦ εὔνου τὸ εὔνουν. Ην. εν. ὁ καὶ ἡ τέρην, ἄρσην. τὸ τέρεν ἄρσεν. Ων. ον. ὁ καὶ ἡ κακοδαίμων σώφρων βελτίων, τὸ κακόδαιμον σῶφρον βέλτιον.

SCHOL. *De genere nemo, quod ſciam, accurate præcepit apud* græcos. *Quidã ſatis eſſe putant, articulos nominũ comites generumq; indices obſeruare. Quid autem ſi abſint? immo ut maxime aſſidueq; nomina comitarentur: an idcirco neceſſariæ non erant regulæ, quibus eloqui uolenti liqueret, qui articuli, quibus nominibus præponẽdi forent, aut poſtponendi? Ego ſic exiſtimo, grãmaticos rei latiſſime patentis difficultate deterritos, hæc reliquiſſe. Etenim ut omittamus poetarũ licentiam, necnon dialectorum & atticæ in primis proprietates, quibus ſæpe genera uariãtur: cui libeat obſecro uitam perdere in peruestigandis ſcilicet ac diſtinguendis nominibus ſubſtantiuis in.* ος. *fœmininis (quæ nimis multa reperiuntur) à maſculinis, quæ ſunt multo*

plura, & in id genus alijs. Præterea quem non ab inſtituto reuocet, cum uideat ſolutæ orationis ſcriptores eorundem nominũ generibus inconſtanter ac præter naturam uſos? Ariſtoteles libro de animalibus ſexto, λέοντα.i. leonem perinde ac ſi eſſet promiſcuum, pro fœmina uſurpat, addito etiam non ſemel articulo maſculino ὁ, cum ad manum eſſet ἡ λέαινα. quo nomine ibidem ſæpe utitur. Idem etiam ſic loqui conſueuit οἱ ὄρνιθες τίκτουσι. Cæterũ de hiſce plus ſatis, quãdo nos quoq; hic ceſſamus. Qui diligentior eſſe uolet, non ſatis habebit lexicorum aridos indices & ieiunas grãmaticorum regulas conſulere: ſed apud authores inſuper ea exquiſite annotabit, de quorum genere nihil certi præcipitur. Nos uero ne hanc partem ſicuti alij, pene intactam relinqueremus, pauca de illis nominibus indicauimus, quæ certum habent genus ratione ſignificationis. quæ ipſa aliqua ex parte nõnunquam etiam fallunt: ſi non alias, certe poetica licentia aut dialecto. Nomen propriũ (quod ſcilicet primam & particularem ſubſtantiã ſignificat) ſemp eſt unius generis, ſiue maſcul. ut ὁ σωκράτης, ſiue fœmini. ut ἡ καλλιόπη. Appellatiuũ uero, quod ſecundã & uniuerſalem ſubſtantiam denotat, aut unius eſt generis, ut ὁ λόγος ἡ τιμὴ τὸ ξύλον: aut cõmunis, ut ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος ἵππος. Adiectiuũ, quod de proprio ſiue appellatiuo accidentaliter dicitur, trium eſt generum. ut σοφός. Porro quũ ſingulo ſexui diſtincta nomina utcunq; conueniunt, illa plærũq; reperiuntur unius generis. ut ὁ προφήτης, ἡ προφῆτις. ὁ προδότης, ἡ προδότις. ſic ὁ τράγος hircus. ἡ αἲξ capra. ὁ κριὸς aries. ἡ ὄϊς ouis. fallit tamen id aliquando. nam ὁ θεὸς cõmune eſt, etiam ſi in uſu reperiatur ἡ θεὰ fœmininũ. Et apud Homerum non ſemel τὸν αἶγα legimus & τοὺς ὄϊας maſculino genere: ſiue id attico more fiat, ſiue poetico. Quando autẽ nomen marem & fœminam complectitur: ſi ſexus patet, ut in quadrupedibus, cõmune eſt, ut ὁ καὶ ἡ ὄνος. ideſt aſinus aſina. ὁ καὶ ἡ ἄρκτος urſus urſa. ὁ καὶ ἡ ἔλαφος ceruus cerua. Si autem ſexus non patet, unius eſt generis. ut ὁ ἀετὸς aquila. ἡ χελιδὼν hirundo, appellaturq; promiſcuum. Reperiuntur tamen hæc aliquando cõmunia ſiue ambigua, ut ὁ ἡ γέρανος grus. χὴν anſer: ſicuti alia quoq;, ut ὁ ἡ λήκυθος. Ad hæc è ſubſtantiuis, ſunt quæ aliud alio genere ſignificant. ut ὁ βοῦς bos, ἡ βοῦς armentũ boum. ὁ ἵππος equus, ἡ ἵππος equitatus. ὁ λίθος quiuis lapis. ἡ λίθος uero plærumq; pretioſus. ὁ χάραξ uallum. ἡ χάραξ pedamentũ. Præterea quædam arborũ nomina maſculina reperiuntur, ut ὁ φελλὸς φλεὼς κότινος ἐρινεὸς διόσπυρος κέρασος λωτός. quædam ambigua: idq; ut plurimũ ob dialectos, ut ὁ ἡ πρῖνος φοῖνιξ βάτος. alia neutra iuxta terminationẽ, ut τὸ εὐώνυμον γεράνδρυον. ſicuti alias quoq; τὸ τέκνον θυγάτριον, et ſimilia, neutra legimus refragãte ſignificatione. Porro nomẽ fruct9 ſæpe ab arbore differt genere, ut ἡ κέδρος arbor, τὸ κέδρον uel ἡ κεδρὶς



fructus. quãdoq; ſolo tono, ut ἡ ἀμυγδαλῆ arbor, ἡ ἀμυγδάλη fructus. Adiectiuorum paria ſunt, q̃ finiũtur in. ος. ους. ως. reliqua imparia. Rurſus finita in. ους. ternas habent uoces. quarũ maſculina & neutra inflectũtur per tertiã, ut ὁ ἁπλοῦς τὸ ἁπλοῦν. fœminina p ſecũdã, ἡ ἁπλῆ. qđ cõmune eſt nominib9 & participijs triũ teriationũ. Nẽpe ea oĩa fœmininã inflectũt p ſecũdã declinationẽ ſimplicẽ. In. ος. quoq; nõ cõpoſita ternas habẽt teriationes è qb9 ſĩliter maſculinæ & neutræ p tertiã inflectũtur, ut ὁ δίκαιος τὸ δίκαιον. ὁ πονηρὸς τὸ πονηρόν. ὁ πρόθυμος τὸ πρόθυμον: fœmininæ p ſecũdã, q̃ tũc deſinũt in. α. quũ. ος. in maſcu. eſt purũ, & quũ p̃cedit. ρ. alias in. η. ut ἡ δικαία πονηρὰ προθύμη. excepto ὄγδοος ὀγδόη. Cõpoſita uero in. ος. binas habẽt uoces. ος. cõmunẽ et. ον. neutrã. q̃ ſĩliter declinãtur p tertiã. Finita quoq; in. ως. attica binas. ως. cõmunẽ et. ων. neutrã quorũ eſt declinatio quarta. Imparia ſimili modo q̃dã habẽt ternas, alia binas.

## De noib9 heteroclitis & numeralib9. Cap. 17.

HEteroclitorũ noĩum, quædã ab eodẽ recto variã habent inflexionẽ, vt ὁ χάρων, τοῦ χάρονος καὶ χάροντος. ἡ χάρις, τῆς χάριτος καὶ χάριδος καὶ χάρισος. ὁ κόμης, τοῦ κόμου καὶ κόμητος. ὁ πάρις, τοῦ πάριδος καὶ πάριος. et ſimilia. Alia ediuerſo à varijs rectis eadem declinatione inflectuntur, vt ὁ ἀκτὶς καὶ ἀκτὶν, τοῦ ἀκτῖνος. ἡ σαλαμὶς vel σαλαμὶν, τῆς σαλαμῖνος. ἡ ὀρίγανος, τῆς ὀριγάνου. καὶ τὸ ὀρίγανον ὀριγάνου. ὁ δεῖπνος, et τὸ δεῖπνον. Alia à varijs rectis varias inflexiones ſortiuntur, vt ὁ φόρκυν vel φόρκυς, τοῦ φόρκυνος. et ὁ φόρκυς, τοῦ φόρκυ. et ὁ φόρκυς, τοῦ φόρκυος. et ὁ φόρκος, τοῦ φόρκου. ὁ μάρτυρ, τοῦ μάρτυρος. et μάρτυρος μαρτύρου. ὁ ψίθυρ, τοῦ ψίθυρος. et ὁ ψίθυρος, τοῦ ψιθύρου. ὁ μωσῆς, τοῦ μωσῆ καὶ μωσέως. item μωϋσῆς μωϋσῆ καὶ μωϋσέως. et μωσεὺς μωσέως vel μωϋσεὺς μωϋσέως. ὁ θαλῆς θαλοῦ, et θάλης θάλητος. ὁ μακάριος. ρίου. et μάκαρ μάκαρος. et μάκαρς μάκαρτος. Et ſimilia q̃ poetæ & dialecti multipliciter efferunt. Alia ſunt irregularis aut mixtæ inflexionis, vt ὁ ζεὺς τοῦ διός. τὸ ὕδωρ τοῦ ὕδατος. τὸ γάλα τοῦ γάλακτος, ὁ ἄναξ ἄνακτος. ὁ πολὺς τοῦ πολλοῦ. ὁ μέγας μεγάλου. ἡ γυνὴ γυναικός. Alia mixti generis & variati à ſingulari in plurale aut duale, vt ὁ δεσμὸς τοῦ δεσμοῦ, τὰ δεσμά. ῶν. ὁ δίφρος δίφρου, τὰ δίφρα. ων. ὁ ἐρετμὸς ἐρετμοῦ, τὰ ἐρετμά. μῶν. ὁ ζυγὸς ζυγοῦ, τὰ ζυγά. γῶν. ὁ κύκλος κύκλου, τὰ κύκλα κύκλων. ὁ λύχνος λύχνου, τὰ λύχνα λύχνων. ὁ μοχλὸς μοχλοῦ, τὰ μοχλὰ μοχλῶν. ὁ σαθμὸς σαθμοῦ, τὰ σαθμὰ σαθμῶν. ὁ τράχηλος τραχήλου, τὰ τράχηλα. ήλων. ἡ κέλευθος κελεύθου, τὰ κέλευθα. εύθων. ὁ καὶ ἡ τάρταρος ταρτάρου, τὰ τάρταρα. άρων. Alia & genere ſimul & declinatione variant, vt ὁ ὄροφος ὀρόφου. et ἡ ὀροφὴ ὀροφῆς. ὁ φῦκος. φύκου. et τὸ φῦκος φύκεος. ἡ λαίφη λαίφης. et τὸ λέφος λέφεος. Alia ſynco

pen aut apocopen patiuntur. vt ἡ μήτηρ μητέρος καὶ μητρὸς. ὁ ἀνὴρ ἀνέρος καὶ ἀνδρός. ὁ καὶ ἡ κύων κυνὸς, pro κύονος. Item τρόφι pro τρόφιμι, δῶ pro δῶμα, λίπα pro λιπαρὸν. et ſimilia poetica. Alia indeclinabilia ſūt, vt nomina literarum ἄλφα βῆτα. &c. Item neutra in. αρ. habentia in penultima. ω. vt τὸ νῶκαρ. et neutra in. ας. non præcedente vocali, nec. λ. nec. ρ. vt τὸ βρέτας τοῦ βρέτας, τὸ δέμας δέπας λέπας. et ſimilia. cuiuſmodi eſt τὸ σέλας τοῦ σέλας. Item τὸ ὄναρ ὄφελος ἦδος νάφθα χρεών. et ἡ δώς. Alia certos caſus habentia ceteris carent, vt ἄττα. i. quædam in nominatiuo & accuſatiuo plurali, οἱ φθόϊες φθοῖς placentæ, τοὺς φθόϊας φθοῖς placentas. τὰν vel ὦ τὰν, o amice, et o amici, in vocatiuis trium numerorū. τοῦ ἀρνὸς τὸν ἄρνα, οἱ ἄρνες. agni agnum & agni in plurali. Caret autem vocatiuis nomina interrogatiua infinita & negatiua. Alia vnum tantū numerū habent. vt τὰ διάσια. διονύσια. γενέθλια. ἐγκαίνια. τὰ ἄλφιτα ἐπιτίμια μέγαρα. et alia. Item ἡ ἅλς mare, ὁ ἀὴρ aer, ἡ γῆ terra, τὸ πῦρ ignis, τὸ ἔλαιον oleum. et ſimilia. et noīa ꝓpria. vt ὁ πρίαμος, ἡ ἑλένη ἡ τροίη, αἱ ἀθῆναι. Itē numeralia quorū εἷς. μία. ἕν. ſingulariter tantū declinantur: δύο, quod eſt trium generum, ſicuti ἄμφω dualiter: tametſi ſæpe reperitur iunctū articulis & verbis pluralibus. & alioqui δυσὶν datiuus ſpeciem habet pluralis, magis quā ſingularis. οἱ αἱ τρεῖς, τὰ τρία. et οἱ αἱ τέσσαρες, τὰ τέσσαρα pluraliter. quæ vero ſequuntur indeclinabilia, πέντε. ἕξ. ἑπτά. ὀκτώ, ἐννέα. δέκα, et reliqua vſq; ad ἑκατὸν centum, terna genera cōprehendunt. quæ articulis diſtinguuntur; ſic οἱ αἱ τὰ πέντε, τῶν πέντε. à ducētis pluraliter declinātur, οἱ διακόσιοι, αἱ διακόσιαι, τὰ διακόσια. ſic τριακόσιοι. τετρακόσιοι. &c.

SCHOL. *Heteroclita ſunt præter regulas declinata, & utcunq; anomala defectiua & indeclinabilia. e quorū numero ea imprimis hic recenſentur, quæ oratorū cōmunis uſus recipit. Nam de ijs quæ aut dialecti aut poetæ aliter uariant, quā per regulas præcipitur. lib. 5. fuſius dicetur. Adhæc ex oratorijs quædam in inflexionibus libri primi, quædam etiam in regulis declinationū indicata iam ſunt. Non ſolū autem poetæ inflexiones inuertunt, ſed dialecti quoq; paſſim. Nam à* πελεκᾶς *genitiuus cōmuniter fit* πελεκᾶνος, *attice* πελεκᾶντος, *dorice* πελεκᾶ. *Compoſita ab.* εἷς. μία. ἕν, *pluralia habent. nam* μηδένες *et* οὐδένες *ſæpe legimus. Numeralia ordinē, duplationem, multiplicitatem, tempus & quantitatem ſignificantia regulariter atq; integre flectūtur, ut* ὁ πρῶτος ἡ πρώτη τὸ πρῶτον. *primus. a. um.* οἱ πρῶτοι αἱ πρῶται τὰ πρῶτα. *primi. æ. a. Item* δεύτερος *ſecundus.* τρίτος *tertius.* διπλοῦς τριπλοῦς, *duplex triplex.* διπλάσιος τριπλάσιος, *duplus triplus.* τριταῖος τεταρταῖος, *tertianus quartanus. i. triū & quatuor dierū.* δίμηνος τρίμηνος, *bimeſtris & trimeſtris.* διένος τριένος *uel* διέτης τριέτης, *bim⁹ trimus.* πόσος *quot.* πόστος *quotus.* ποσταῖος *quot dierū. Sunt tamen alia in.* αιος. *magnitudinē magis quā numerū ſignificantia, ut* κυαμιαῖος *res magnitudine fabæ,* ταλαντιαῖος *res talantaris.*



De noīb⁹ deriuatiuis: ac primū de cōparatiuis & ſuplatiuis. Cap. 18.

DEriuatiuorū nominū ſpecies ſunt ſeptem, συγκριτικὸν cōparatiuū, ὑπερθετικὸν ſuperlatiuū, πατρωνυμικὸν patronymicū, ὑποκοριστικὸν diminutiuū, κτητικὸν poſſeſſiuū, παρώνυμον denominatiuū, ῥηματικὸν verbale. A poſitiuis in. ος. fiunt comparatiua mutato. σ. in. τερος. vt λευκὸς λευκότερος, et ſuplatiua. σ. in. τατος. λευκότατος. excipiūtur hæc. ὁ φίλος φίλτερος φίλτατος, amicus amicior amiciſſimus. ὁ λάλος λαλίστερος λαλίστατος, loquax loquacior loquaciſſimus. ὁ καλὸς pulcher καλλίων κάλλιστος. ὁ ἀγαθὸς bon⁹ κρείττων ἀμείνων βελτίων melior. κράτιστος ἄριστος βέλτιστος optimus. ὁ κακὸς malus. κακίων χείρων peior. κάκιστος peſſimus. ὁ μικρὸς paruus. μείων ἥττων ἐλάττων minor. ἐλάχιστος minimus. ὁ ῥάδιος facilis. ῥάων facilior. ῥᾷστος faciſſimus. ὁ αἰσχρὸς turpis. αἰσχίων αἴσχιστος. ὁ ἐχθρὸς inimicus ἐχθίων ἔχθιστος. Quū poſitiuū in. ος. habet penultimā natura vel poſitione lōgā, ſeruatur eius. ο. in cōparatiuis & ſuperlatiuis. vt πρᾶος πραότερος πραότατος, ἔνδοξος ἐνδοξότερος ἐνδοξότατος: quū vero breuem, mutatur in. ω. vt νέος νεώτερος νεώτατος, σοφὸς σοφώτερος σοφώτατος. Porro quū poſitiua finiuntur in. ης. aut. ων. comparatiua fiūt à neutris terminationibus addito. τερος. et ſuperlatiua addito. τατος. vt ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς τὸ ἀληθές. vnde ἀληθέστερος ἀληθέστατος. ὁ καὶ ἡ σώφρων τὸ σῶφρον. vnde σωφρονέστερος σωφρονέστατος. Quū finiuntur in. ους. additis. τερος. et. τατος. voci maſculinæ, vt ὁ εὔνους εὐνούστερος εὐνούστατος. ὁ ἁπλοῦς ἁπλούστερος ἁπλούστατος. Quū in εις. eodem modo. niſi ꝙ abiicitur. ι. vt ὁ χαρίεις χαριέστερος χαριέστατος. Poſitiua in. υς. plæraq; formant bina comparatiua & totidem ſuperlatiua, alia in. τερος. et. τατος. à neutris terminationibus. vt ὁ βαθὺς τὸ βαθὺ, βαθύτερος βαθύτατος. alia in. ων. et. ιστος. vt βαθίων βάθιστος. ſic ab ἡδὺς, ἡδύτερος, καὶ ἡδίων, ἡδύτατος καὶ ἥδιστος, à βραχὺς vero tātū fiunt βραχύτερος καὶ βραχίων βραχύτατος, non βράχιστος. et à πολὺς, πλείων πλεῖστος, nō πολύτερος nec πολύτατος. notatur huic ſimile inter irregularia. μέγας μείζων μέγιστος. Ab aliis poſitiuorū deſinentiis nō exeunt cōparatiua, nec ſuperlatiua. vt à τέρην. εὔχαρις, et ſimilibus. fiunt autem aliquando à præpoſitionibus. vt ab ὑπὲρ ὑπέρτερος ὑπέρτατος. ab aduerbiis. vt à πόρρω πορρώτερος

τερος πορρώτατος. et à participiis. vt ab ἐῤῥωμένος ἐῤῥωμενέστερος ἐῤῥωμενέστατος.

SCHOL. *Comparatiuorũ terminationes ſunt duæ. altera cõmunis in.* ων. *altera maſculina in.* ρος. *huius fœminina finitur in.* α. *neutra uero utrinq; in.* ον. *Inflectũtur autem hæc in.* ρος. α. ον. *pariter. cõmunia uero in.* ων. *et eorum neutra in.* ον. *impariter declinantur. Notanda quæ raro aliter deformata reperiuntur apud autores, ut* ἀγαθώτατος *apud Heliodorum, et* μονώτατος αὐτότατος *apud Comicum, & alia attica ac poetica, quæ lib. 5. indicabimus.*

## De patronymicis & reliquis deriuatiuis. Cap. 19.

PAtronymica quædam ſunt maſculina, alia fœminina. maſculina finiũtur in. δης. fiuntq; à genitiuis ſuorũ primitiuorũ, verſa terminatione in. ιδης. vt ἀπὸ τοῦ νέστορος νεστορίδης, à πηλέως πηλείδης, et πηλείδης p ſynæreſin, ab αἰακοῦ αἰακίδης. Quũ autem primitiuũ habet deſinẽtiam puram, aut alioqui eſt primæ declinationis; formãtur in. αδης. vt τοῦ ἡλίου ἡλιάδης, τοῦ βορέου βορεάδης. Fœminina fiunt à maſculinis remoto. δη. ve στορὶς ἡλιάς. ſunt tamen nõnulla finita in. νη. quæ formãtur à genitiuis primitiuorũ, vltima in. νη. vt ὁ ἄδραστος ἀδράστου, ἡ ἀδραστίνη. vel in. ωνη. quando. ſ. præcedit. ι. vt ὁ ἰκάριος ἰκαρίου, ἡ ἰκαριώνη. Diminutiuorũ formæ vſitatiores ſunt in. σκος. et. λος. maſculinorũ, vt ἀρτίσκος ναυτίλος. In. σκη. et. ις. fœmininorũ, vt παιδίσκη θεραπαινίς. et in. ον. neutrorũ, vt γραΐδιον γερόντιον. In. ας. vero. υς. et. αξ. vt ὁ ζηνᾶς διονῦς λίθαξ, et in. ων. vt ὁ μωρίων ἡ ὕφων, rariora ſunt. Poſſeſſiuorum formæ variæ ſunt. vt ὁ μουσικὸς ἀνθρώπειος ῥωμαῖος οὐράνιος πατρῷος παντοῖος νεαπολίτης ἐχθόρειος φλογώδης χρυσοῦς. fiunt autẽ hæc & diminutiua à propriis aut appellatiuis: nõ tamẽ habẽnt certam formationẽ. Denominatiua dicũtur quæ à nomine deriuãtur. vt à φίλος, ὁ φίλων proprium, et ἡ φιλότης amor. quo quidem nomine appellari quoq; poſſunt reliquæ ſpecies iam dictæ. Verbalia à verbis multipliciter deducũtur, ſed plæraq; à præteritis perfectis paſſiuæ vocis fiunt, remotis primũ augmentis, ac deinde mutatione quapiam facta circa vltimã, hac ſerie. A prima pſona. μαι. in. μα. in verbis barytonis, vt à γράφω γέγραμμαι, τὸ γράμμα γράμματος. quædã in. μη. oxytonum, vt ἡ γραμμή. alia in. μος. ſimiliter oxytonũ, vt à λογίζομαι λελόγισμαι, ὁ λογισμός. Itẽ à ſecũda perſona. σαι. in. ις. vt à λέγω λέλεγμαι λέλεξαι, ἡ λέξις. à tertia vero. ται. in. τος. et. τεος. vt à ποιῶ πεποίημαι πεποίηται, ὁ ποιητὸς et ὁ ποιητέος. à quibus alia rurſus gignuntur in. ικος. formæ poſſeſſiuæ ὁ ποιητικός.



Hæc autẽ adiectiua ſunt. ſed & ſubſtãtiua inde fiunt non pauca, vt ὁ ποιητὴς à πεποίηται, τὸ ποτήριον à πίνω πέποται, τὸ δίδακτρον à διδάσκω δεδίδακται, mutato videlicet. ται. in. της. τηριον. τρον.

SCHOL. *Patronymica, ut plurimum à nominibus proprijs patrũ gignũtur, raro à nominibus matrum, ut* λητοΐδης. *maſculina cõmuniter inflectũtur p primã declinationẽ, fœminina uero quæ in.* νη. *deſinunt per ſecũdã, quæ autẽ in.* ς. *per tertiã. Sunt porro denominatiua quæ patronymicorũ formã habent, ut* φωκυλίδης *θουκυδίδης. Ad hæc ſunt ex patronymicis nõnulla q̃ admittunt ſynæreſim, alia ſyncopen, alia rurſum interpoſitionẽ ſyllabarũ. quorũ paſſim occurrunt exẽpla apud poetas. Diminutiua ab iiſdẽ interdũ nominibus multipliciter exeunt, ut ab* ἄνθρωπος, ἀνθρωπίσκος ἀνθρώπιον ἀνθρωπάριον. *Itidem poſſeſſiua,* ἀνθρώπειος ἀνθρώπινος ἀνθρωπικός. *ſic à* θάλασσα θαλάττιος θαλασσικὸς θαλασσώδης. *Eorum autem quæ exeunt in.* κος. *quædã aptitudinẽ & peritiã ſignificant magis quã poſſeſſionẽ, ut* δρομικός, *idoneus ad currendũ.* πυκτικὸς *aptus pugillatui. itẽ* μουσικὸς *muſicæ peritus. &c. E uerbalibus multa ſubſtantiua diſſyllaba fiunt à præſentibus.* ε. *penultimo, ubi eſt, mutato in.* ο. *et.* ω. *ultimo uerbi in.* α. *ſiue.* η. *ſiue.* ος. *ut à* φέρω ἡ φορά, *à* νέμω ἡ νομή, *à* λέγω ὁ λόγος. *Ad hæc alia à uerbis in.* ευω. *exeunt in.* εια. *ut à* βασιλεύω, ἡ βασιλεία. *Sunt quæ à futuris fieri putantur, quædã remoto.* ω. *ut à* βασιλεύω βασιλεύσω, ὁ βασιλεύς: *ab* ἁρπάζω ἁρπάξω, ὁ ἅρπαξ. *alia.* σω. *in.* μων. *ut à* νοῶ νοήσω, νοήμων. *alia.* σω. *in.* δων. *ut ab* ἀλγῶ ἀλγήσω, ἀλγηδών. *Quæ fiunt à primis pſonis præteritorũ, ſubſtãtiua ſunt. ſignificant autẽ quædã rem uerbi ſine actu: nam* τὸ γράμμα *eſt litera et* γραμμὴ *linea: alia rem cũ actu, nẽpe q̃ exeũt in.* μος. *nam* ὁ λογισμὸς *eſt intellectus cõſiderans. Quæ uero fiunt à ſecũdis pſonis ſimiliter ſubſtãtiua ſunt & fœminina, declinãturq; omnia p ſecũdã declinationẽ cõtractorũ. Significant autẽ fere actũ cũ re, uel actũ ſolũ. nam* λέξις *eſt actus dicẽdi, & id quod dicitur. i. dictio.* γεῦσις *actus guſtãdi. i. guſtatio. Ex illis q̃ fiunt à tertijs pſonis, adiectiua quidẽ in.* τος. *idẽ fere ſignificant qd̃ latina in.* bilis. *cætera uero in.* τεος. *idẽ quod gerũdia in.* dus. a. um. *ut* ὁ ποιητὸς *factibilis,* ποιητέος *faciendus. Quæ autem inde fiunt in.* ικος. *actiue ſignificant, ut* ποιητικὸς *factiuus, aptus ad faciendũ. Sunt præterea quãplurima alia à uerbis deducta, quæ certis formationibus comprehendi nequeũt, ut à* κλέπτω, ὁ κλέπτης. *à* σώζω, ὁ σωτὴρ *et* τὸ σωτήριον. *à* γινώσκω, ὁ ἡ ἀγνὼς ἄγνωτος. *ab* ἁρπάζω, ἡ ἁρπαγή. *à* βουλεύω, ἡ βουλή. *et ſimilia.*

## De pronominum accidentibus & diuiſione. Cap. 20.

PRonominũ accidentia ſunt, genus, numerus, caſus, ſpecies, figura, & perſona. Diuiduntur autem in πρωτότυπα, ideſt primitiua. κτητικά,

ideſt poſſeſſiua. δεικτικά. i. demonſtratiua. ἀναφορικόν. i. relatiuū. σύνθετα. ideſt cōpoſita. Primitiua ſimplicia ſunt tria. ἐγὼ ego primæ perſonæ. σὺ tu ſecundæ. οὗ ſui tertiæ. à quibus octo deriuãtur poſſeſſiua hac ſerie. ἐμὸς ἐμὴ ἐμόν. meus.a.um.à ſingulari genitiuo ἐγὼ ἐμοῦ. et νωΐτερος νωϊτέρα νωΐτερον, noſter nr̄a nr̄m iter duos, à duali νῶϊ καὶ νώ, νῶϊν καὶ νῷν. et ἡμέτερος ἡμετέρα ἡμέτερον, noſter.a.um.à plurali ἡμεῖς ἡμῶν. Item σὸς σὴ σόν, tuus.a.um. à σὺ σοῦ ſecundæ perſonæ. et σφωΐτερος σφωϊτέρα σφωΐτερον veſter.a.um. inter duos, à duali σφῶϊ καὶ σφώ, σφῶϊν καὶ σφῷν. et ὑμέτερος ὑμετέρα ὑμέτερον, veſter.a.um. à plurali ὑμεῖς ὑμῶν. Item ἑός, ἑὴ non ἑὰ, ἑόν. ſuus.a.um.ab. οὗ. tertiæ perſonæ. et σφέτερος σφετέρα σφέτερον. ſuus a.um.ab eius plurali σφεῖς σφῶν. Hæc autē omnia eo modo variãtur, quo adiectiua nomina paria. Demonſtratiua ſunt duo, οὗτος αὕτη τοῦτο, hic hæc hoc. et ἐκεῖνος ἐκείνη ἐκεῖνο, ille. a.ud. Articuli quoq; præpoſitiui addito. δε. in fine per omnes caſus, fiunt demonſtratiui, ſic ὅδε hic. τοῦδε huius. ἥδε hæc: τῆσδε huius. τόδε hoc. τοῦδε huius. Porro δεῖνα. δεῖνος. δεῖνι. δεῖνα, quod trium generū eſt, numerari ſolet inter demonſtratiua pronomina. ſignificat autem quiſpiam vel ille indefinite. Relatiuū vnū eſt, αὐτὸς αὐτὴ αὐτὸ. ipſe.a.um. quod cū primitiuis cōponitur. fitq; ἐμαυτοῦ primæ pſonæ mei ipſius, σεαυτοῦ ſecūdæ tui ipſius, & ἑαυτοῦ tertiæ ſui ipſi9. Carent enim hæc cōpoſita rectis, quia reciproce ſumūtur. quorū fœminina ſunt. ἐμαυτῆς. σεαυτῆς. ἑαυτῆς, neutra ἐμαυτοῦ. σεαυτοῦ, ἑαυτοῦ. ſed cōpoſita primæ & ſecūdæ perſonæ in ſingulari tantū reperiuntur, tertiæ vero etiam in plurali ἑαυτῶν ἑαυτοῖς. &c. Ad hæc αὐτὸς articulis præpoſitiuis per omnes numeros & caſus ſubiicitur. ſic ὁ αὐτὸς τοῦ αὐτοῦ idem eiuſdem. ἡ αὐτὴ eadem, τὸ αὐτὸ, vel ταυτὸ, ſiue ταυτὸν idem. Carent autem vocatiuo pronomina, excepto primitiuo σὺ. et poſſeſſiuo ἐμὸς. et demonſtratiuo, οὗτος.

SCHOL. *Obliqui primitiui primæ perſonæ etiā reperiuntur amiſſa priori ſyllaba. μου. μοι. με. abſq; tonis. ὃς uero rectus tertiæ aliquando legitur, ſed relatiue magis quā reciproce. Porro* αὐτὸς *cum nominibus quoq; cōponitur, ut* αὐτοδίδακτος φίλαυτος, *et cū alijs partibus.* οὗτος *uero cū* τοῖος τόσος τηλίκος, *ſic* τοιοῦτος τοιαύτη τοιοῦτο *uel* τοιοῦτον, *talis tale.* τοσοῦτος τοσαύτη τοσοῦτο *uel* τοσοῦτον. *tot. tāt9. a. ū.* τηλικοῦτος τηλικαύτη τηλικοῦτο *uel* τηλικοῦτον. *tātus. a. ū. Tria compoſita in plurali ſecundū diuiſionē inflecti poſſunt, ſic* ἡμῶν αὐτῶν, ἡμῖν αὐτοῖς, ἡμᾶς αὐτοὺς, ἡμῶν αὐτῶν, ἡμῖν αὐταῖς, ἡμᾶς αὐτὰς. *atq; itidem neutra.*



*tra. Item* ὑμῶν αὐτῶν. ὑμῖν αὐτοῖς. *et reliqua, ut in prima perſona. Item* σφῶν αὐτῶν σφίσιν αὐτοῖς. *&c. Hæc autem nihil uetat in nominatiuo quoq; dici* ἡμεῖς αὐτοὶ, *& ita in cæteris, ſicuti etiam in ſingulari in diuiſione coniūgi poſſunt per omnes caſus,* ἐγὼ αὐτὸς, σὺ αὐτός. Σεαυτοῦ *p ſyncopen quoq; dicitur* σαυτοῦ σαυτῷ σαυτόν. *atq; itidē in alijs generibus. Similiter ex* ἑαυτοῦ *fit* αὑτοῦ. αὑτῷ, αὑτὸν *&c. Ad hæc* ἀλλήλων, ἀλλήλοις, ἀλλήλους. *ideſt adinuicem uel inter ſe, ſpeciem habet pronominis reciproci. quod in fœminino quoq; & neutro genere reperitur.* ἀλλήλων, ἀλλήλαις, ἀλλήλας. *&c. Sunt & alia patriam ſignificantia deriuata à poſſeſſiuis, ſiue ea nomina, ſiue pronomina dici malis.* ἡμεδαπός. ἡμεδαπή. ἡμεδαπόν. *noſtras.* ὑμεδαπός. ή. όν. *ueſtras. cuiuſmodi eſt* ποδαπὸς *cuias. quod à* ποταπὸς *differt, ideſt quo ingenio uel qualis.*

## De verbo & eius accidentibus. Cap. 21.

VErba perſonalia diſtinctos habēt ſuis vocibus numeros & perſonas. quod nō habent impſonalia. Perſonaliū accidentia octo ſunt, εἶδος σχῆμα γένος ἔγκλισις χρόνος ἀριθμὸς πρόσωπον συζυγία. ideſt ſpecies figura genus inclinatio tempus numerus perſona coniugatio. Species duæ ſunt. primitiua, vt μανθάνω diſco. deriuatiua, vt μαθητιῶ cupio diſcere. Figuræ quoq; duæ. ſimplex vt φέρω, compoſita vt ἐπιφέρω, decōpoſita vt προσεπιφέρω. Genera, quę alias διαθέσεις dicūtur. i. diſpoſitiones, quinq;. ἐνεργητικόν. ideſt actiuū: quod deſinens in. ω. format paſſiuū in. μαι. vt τύπτω verbero. ποιῶ facio. τίθημι pono. παθητικόν. ideſt paſſiuū: quod in. μαι. deſinens, paſſiue ſignificat: habetq; vocem actiuā in. ω. vel. μι. vnde fit, vt τύπτομαι verbero. ποιοῦμαι fio. τίθεμαι ponor. οὐδέτερον. ideſt neutrum, quod deſinens in. ω. nec format ex ſe paſſiuū, nec ſignificat actiue, nec paſſiue. vt ὑγιαίνω valeo. κοινὸν ἢ μέσον. ideſt cōmune vel mediū, quod deſinens in. μαι. et nō habens vocem actiuā, actionē tamen & paſſionē ſignificat. verū huiuſmodi rara reperiuntur. vt βιάζομαι vim facio & vim patior. ἐργάζομαι operor et efficior. ἀποθετικόν, ideſt deponens, alias ἐπίμεσον, ideſt ſubmediū, vel ἐπίκοινον ideſt ſub cōmune, quod deſinens in. μαι. nō habet vocem actiuā, ſignificatq; vt plurimū actionem. vt μάχομαι pugno. Actiua alias vocantur tranſitiua: neutra quoq; alias intranſitiua & abſoluta. Horū alia ſubſtantiua ſunt. vt εἰμὶ ſum, alia per ſe neutra. vt ζῶ viuo, alia per ſe actiua. vt ἀναβαίνω aſcendo, alia per ſe paſſiua. vt ἀλγῶ doleo. deponentiū alia per ſe actiua. vt μάχομαι pugno, alia per ſe paſſiua. vt γίνομαι fio. Inclinationes ſiue modi quinq; ſunt, ὁριστικὴ, ideſt definitiuus,

quem latini indicatiuū appellant, προσακτικὴ imperatiu9, εὐκτικὴ optatiu9, ὑποτακτικὴ ſubiunctiuus, ἀπαρέμφατος infinitiuus. Tempora ſex. ἐνεστὼς ideſt inſtans ſiue præſens. παρατατικὸς extenſiuū, hoc eſt præteritū imperfectum. παρακείμενος adiacens ſcilicet præſenti, hoc eſt præteritum. quod aliquid paulo ante perfectum ſignificat. ὑπερσυντέλικος ideſt pluſq̄ perfectum. ἀόριστος indefinitum. μέλλων futurum. Numeri ſicut in nomine tres ſunt, perſonæ totidem. Coniugationes præcipuæ ſex, per quæ flectuntur omnia verba finita in. ω. barytonū. Prima in prima poſitione (qđ thema appellatur) quadrupliciter deſinit, in. βω. πω. φω. πτω. habet itaq; ante. ω. vel. β. quæ media eſt, vel illius tenuem. π. vel aſpiratā. φ. vel tenuem cum. τ. ideſt. πτ. vt λείβω τρέπω γράφω τύπτω. Dicuntur autem huiuſmodi literæ præcedentes. ω. vltimū characteriſticæ. i. formatiuæ. Secūda quoq; quadrupliciter deſinit: in. γω. κω. χω: κτω. habet enim formatiuas quatuor, videlicet alteram mediam. γ, et. κ. eius tenuem et. χ. aſpiratam, &. κ. itidem cum. τ. hoc eſt. κτ. vt λέγω πλέκω βρέχω τίκτω. Tertia in. δω. τω. θω. habet enim formatiuas tres, tertiā videlicet mediā. δ. et. τ. eius tenuē, et. θ. aſpiratam. vt ᾄδω ἀνύτω πλήθω. Quarta eſt deſinentiū in. ζω, et. σω. vel. ττω. vt φράζω πλάσσω vel πλήττω. Quinta in. λω. μω. νω. ρω. habet enim formatiuas quatuor immutabiles. λ. μ. ν. ρ. vt ψάλλω νέμω φαίνω σπείρω. Sexta per ω. purū effertur. vt πλέω ναίω ἀκούω χρίω. Ex hac ſexta per contractionem fiunt aliæ tres cōiugationes: quæ dicuntur circūflexorū. vnde rurſus aliæ tres oriūtur dictæ. εἰς. μι. atq; item alia quarta ex finitis in. υω. de quibus omnibus poſtea dicetur.

SCHOL. *Decompoſitum uerbum quidam uocant deriuatiuū à compoſita dictione, ut* φιλιππίζω, *ideſt Philippi factionem ſector, à* φίλιππος *compoſito à* φίλος *et* ἵππος. *Præſens inſtare actionem ſignificat. Paratatic9 præteriſſe & adhuc extendi. Paracimenos modo præteriſſe. ideoq; adiacens præſenti uocatur. Aoriſtus uero præteriſſe quidem, ſed confuſe & indefinite, quantum ad actum pertinet, uel alioqui ad tempus. qua diſtinctione carent latini.* πεποίηκα *iam feci.* ἐποίησα *feci. Hiſpane ſic, hecho he, hize. Cæterum nec duo aoriſti differunt inter ſe, nec duo futura. linguæ enim ubertas illos & hæc geminauit. quæ aliud quoq; mox futurum edidit: de quo poſtea dicetur. Perſonalia uerba, quædam deſinunt in* ω. *barytonum, alia in.* ω. *circumflexum, alia in.* μι. *alia in.* μαι. *Barytonum dicitur. quod ſuper ultimam non habet tonum figuratum, ut* τύπτω. *ubi.* ω. *grauem habet ratione generali, qua fit, ut omnes ſyllabæ, quæ nullo prædominanti tono ſignatæ ſunt, grauentur: ac perinde dicatur habere grauem, qui appellatur tonus ſyllabarum. Vnde barytona iure dicta ſunt quælibet uocabula non habentia figuratum tonum ſupra ultimam: q̄ eo ipſo illic ſuccedat grauis.*



De formatione tēporū & primo de augmētis præteritorū. Ca. 22.

THemate incipiente à vocalibus. ι. η. υ. ω. quæ dicuntur immutabiles, vel à diphthongis etiam immutabilibus. ει. ευ. ου. reliqua tempora eodem modo inchoant. Incipiente vero à vocalibus. α. ε. ο. quæ mutabiles dicūtur, vel à diphthongis. αι. αυ. οι. etiam mutabilibus, augmentū fit in omnibus præteritis hac ſerie. α. et. ε. mutātur in. η. vt ἀκούω ἤκουον, ἐρείδω ἤρειδον. item. ο. in. ω. μέγα. vt ὀρύττω ὤρυττον. quod augmentum idcirco temporale vocatur, q̄ fere breuis tranſit in longam. Item. αι. mutatur. in. η. ſubſcripto. ι. vt αἴρω ᾖρον. αυ. in. ηυ. vt αὐλέω ηὔλεον. οι. in. ω. μέγα ſubſcripto. ι. vt οἰκτείρω ᾤκτειρον. At vero themate incipiente à conſonante, paratatic9 & aoriſti recipiunt in principio. ε. quod vocatur augmētum ſyllabicum. vt τύπτω ἔτυπτον ἔτυψα ἔτυπον. Præteritum vero perfectum. ε. itidem ſolum aſſumit, quando. ε. ipſum in paratatico eſt poſitione longum. vt ψάλλω ἔψαλλον ἔψαλκα. σπείρω ἔσπειρον ἔσπαρκα. ῥίπτω ἔρριπτον ἔρριφα. quando vero eſt breue aut cōmune, aſſumit cum illo etiam primam conſonantem thematis, quam reduplicationem vocant. vt τύπτω ἔτυπτον τέτυφα. ſic πλήθω ἔπληθον πέπληθα. eſt eñ hic. ε. cōmune, quia ſequitur. π. muta, et. λ. liquida. Excipiuntur verba incipientia à. γν. et. γρη. in quibus paracimenos ſolū. ε. recipit, licet illud cōmune ſit in paratatico, ſequente videlicet muta. γ. cum liquida. ν. vel. ρ. vt γνωρίζω ἐγνώριζον ἐγνώρικα. γρηγορῶ ἐγρηγόρουν ἐγρηγόρηκα. Itē ex verbis repetentibus conſonantem inceptiuam thematis, illa quæ ab aſpirata inchoant, tenuem repetunt, vt φράζω ἔφραζον πέφρακα. θηρεύω ἐθήρευον τεθήρευκα. χωρίζω ἐχώριζον κεχώρικα. In his enim pro. φ. aſſumitur eius tenuis. π. et pro. θ. tenuis. τ. et pro. χ. tenuis. κ. ne fiant aſperæ voces repetitis aſpiratis φέφρακα θεθήρευκα χεχώρικα. Præteritum pluſquam perfectum incipit & augetur ſicut perfectum. vt ἐρείδω ἤρειδον ἤρεικα ἠρείκειν. ψάλλω ἔψαλλον ἔψαλκα ἐψάλκειν. Exceptis verbis repetentibus conſonantem thematis: in quibus præter eam ſyllabam, rurſus geminatur. ε. quam ſecundā reduplicationem vocant. vt τέτυφα ἐτετύφειν. Reperitur tamen nōnunquā abſq; hac geminatione, vt κεκοινωνήκει à κοινωνῶ cōmunico. κεκίνητο à κινῶ moueo. πεφοίνικτο à φοινίττω rubefacio. et alia.

SCHOL. *In formandis temporibus uariatio ſit, aut circa finem, ut* ἱππεύω ἵππευον: *aut circa literam formatiuam, ut* τύπτω τύψω: *quandoq; circa penultimã & ultimã ſyllabam, ut* σπείρω σπερῶ, ψάλλω ψαλῶ. *quandoq; una cum alijs uariationibus, circa principium quoq; ſit mutatio: id quod (ut dictum eſt) in præteritis accidit. Aduertendũ autem, q cũ ex diphthõgo ſit mutatio in præteritis, ut* αἴρω ἦρον, *impropriè dicitur augmentũ: quãdoquidẽ ibi nullũ tempus augetur. Item q appellatione præteritorũ intelligenda ſunt reliqua tẽpora, demptis præſenti ac futuris. Preterea è uerbis incipientibus ab.* ε. *notanda ſequentia, quæ augentur per.* ει. ἐθίζω, εἴθιζον. ἔθω εἶθα καὶ εἴωθα. ἑρπύζω εἵρπυζον. ἕρπω εἷρπον. ἕλκω εἷλκον. ἑλκύω εἵλκυον. ἐρύω εἴρυον. ἑστιῶ εἱστίων. ἐργάζομαι εἰργαζόμην. ἕπομαι εἱπόμην. ἐῶ εἴων. ἔχω εἶχον. ἕλω εἷλον. ἕπω εἶπον. ἔρω. εἴρηκα. ἕω εἷκα. ἑστήκω ἕστηκα εἱστήκειν. *Item ſequentia quæ non augentur.* ἄω ἄον. ἀΐω ἄϊον. ἀηθέσσω ἀήθεσσον. ἀηδίζομαι ἀηδιζόμην. *ſed hæc poetica fere ſunt. Item* οἰωνίζομαι οἰωνιζόμην. οἰωνοσκοπῶ οἰωνοσκόπουν. οἰωνοπολῶ οἰωνοπόλουν. οἰμῶ οἴμησα. οἰνῶ οἴνησα. οἰνίζω οἴνιζον. οἰστρῶ οἴστρησα. οἰῶμαι οἰώθη. οἰακίζω οἰάκιζον. οἰακονομῶ οἰακονόμουν. οἰακοστροφῶ οἰακοστρόφουν. οἰδαίνω οἴδαινον. οἰκουρῶ οἰκούρουν. *Notãda quoq; præterita* μέμνημαι κέκτημαι πέπταμαι πέπτωκα, *à thematis* μνάομαι κτάομαι πτάομαι πτόω: *quæ ideo repetunt primã conſonãtem thematis, q.* ε. *in illorum parataticis cõmune ſit, ſequentibus uidelicet geminis liquidis aut tenuibus, ſicuti lib. 4. dicetur. Notandũ etiã incipientia à.* ρ. *ipſum geminare in præteritis. ideoq;.* ε. *ſolum in omnibus recipere, ut* ῥίπτω ἔρριπτον ἔρριψα ἔρριφα ἐρρίφειν. *nõ* ῥέρριφα *neq;* ἐρερρίφειν.

## De augmentis præteritorũ in verbis cõpoſitis. Cap. 23.

VErba cum præpoſitionibus cõpoſita fere augentur intrinſecus poſt præpoſitiones. vt προσβάλλω applico à πρὸς et βάλλω, προσέβαλλον, non ἐπρόσβαλλον. ἐντείνω intendo, ab ἐν et τείνω, ἐνέτεινον. Quãdo vero cum aliis partibus componuntur, aut alias non ſunt in vſu ſimplicia: plærũq; augentur in principio. vt ὁμολογῶ confiteor, ὡμολόγουν, ab ὁμοῦ et λέγω. ἀπορῶ ambigo ἠπόρουν, ab. α. et πορέω. χειραγωγῶ ἐχειραγώγουν, à χεὶρ manus et ἄγω duco. φιλοσοφῶ ἐφιλοσόφουν, à φίλος amicus, & σοφὸς vel σοφία. ἀνδραγαθῶ ἠνδραγάθουν, ab ἀνὴρ vir et ἀγαθὸς bonus. ἀμφισβητῶ dubito. ab ἀμφὶ et σβητῶ inuſitato. Quædã tamẽ huiuſmodi reperiũtur intrinſecus aucta. vt ἀπολαύω fruor, ἀπέλαυον. προσκυνῶ adoro, προσεκύνουν. προσδοκῶ expecto, προσεδόκων. ἐπιχειρῶ aggredior, ἐπεχείρουν. ἐγχειρῶ cõmitto, ἐνεχείρουν. ἐνθυμοῦμαι conſidero, ἐνεθυμούμην. ἐγκωμιάζω laudo, ἐνεκωμίαζον. quorum ſimplicia non reperiũtur. Qualia etiam



ſunt compoſita ab. εὐ. bene et. δυς. male, ſequente vocali mutabili videlicet. α, ε, ο. vt εὐαγγελίζομαι læta nuntio, εὐηγγελιζόμην. εὐεργετῶ benefacio, εὐηργέτουν. δυσαρεστῶ diſpliceo, δυσηρέστουν. Sequente vero vocali immutabili aut cõſonãte, ſimplicitũ regulis ſubiacent. vt εὐσεβῶ pietatẽ colo, εὐσέβουν. δυστυχῶ infortuniũ patior, ἐδυστύχουν. εὐημερῶ proſpere ago, εὐημέρουν.

SCHOL. *Præpoſitiones quæ finiũtur in uocalem, abijciunt illã, quãdo componuntur cum uerbis incipientibus à uocali: quod quidẽ in themate faciunt & in præteritis. ut* παρέχω, *à* παρὰ *et* ἔχω. *Item* ἀναβλέπω *reſpicio, quod componitur ex* ἀνὰ *et* βλέπω, *format paratatictũ* ἀνέβλεπον, *et aoriſtum* ἀνέβλεψα. περὶ *uero et* πρὸ *ſolæ retinent ſuas uocales, ut* περιέχω προέχω. *et* ἐπὶ *in nõnullis, ut* ἐπιορκῶ. *Ad hæc cum initiũ uerbi ſimplicis habuit uocalem aſpiratam, & finis præpoſitionis conſonãtem tenuem ante uocalem quæ exteritur: tenuis ipſa uertitur in ſuã aſpiratam, ut* εὕδω *cum* κατὰ *facit* καθεύδω, ἕλκω *cum* ἐπὶ ἐφέλκω, ὁρίζω *cũ* ἀπὸ, ἀφορίζω. *Præpoſitiones uero quæ finiuntur in conſonantẽ, quãdo componuntur cũ uerbis incipientibus à uocali, ſuã conſonantem ſeruant, ut* συνάγω. *Sed cũ incipientibus à conſonanti, aliquãdo ſeruant integrã, ut* συντρέχω: *aliquãdo mutant, ut* συλλέγω. *Iungũtur autem quãdoq; in eadem compoſitione duæ ac tres præpoſitiones, ut* προσεπιβάλλω, *à* πρὸς *et* ἐπὶ *et* βάλλω. προεξανίστημι *à* πρὸ ἐξ ἀνὰ *et* ἵστημι. *ubi augmentum fit ante uerbũ ſicut in compoſitis cum una, ſic* προσεπέβαλλον προεξανέστην. *Hic quidã in uniuerſum præcipiunt, augmẽtum fieri in principio, cum præpoſitio cõpoſita nihil addit ſignificationi ſimplicis, ut* ἔπω ἐνέπω *dico,* ἤνεπον: εὕδω καθεύδω *dormio,* ἐκάθευδον. ἵζω καθίζω, *ſedeo uel in ſede colloco,* ἐκάθιζον. *alias in medio, ut* παραβάλλω *cõparo* παρέβαλλον, *à* βάλλω *iacio et* παρά. *Cæterũ augmenta uerborũ nõnunquã reperiuntur in totum ſublata, aliquãdo geminata, aut aliter q̃ hic traditum eſt poſita. quod in ſingulis adnotare, ſolertis obſeruationis eſt, magis quam artis. qua de re dicetur etiam lib. 5.*

## De formatione paratatici actiui in verbis barytonis. Cap. 24.

THema barytonum non formatur aliunde. Paratatiçus vero circa finẽ formatur à themate. ω. tantũ mutato in. ον. et tono tranſlato in antepenultimam, quoties euadit polyſyllabus & incõtractus. ſeruat autem ſemper formatiuam thematis: ſiue ea ſola ſit, vt τρέπω ἔτρεπον, ſiue cum altera, vt τύπτω ἔτυπτον.

SCHOL. *Hinc inchoat formatio uerborũ barytonorũ, tam circa finem, quam circa formatiuas & penultimas. Formãtur autem hic primæ tantũ perſonæ in actiuis: q facile reliquæ ex analogia uerbi* τύπτω *in alijs uerbis deduci poſſunt. Notan*

dum uero, q; ubi prima perſona pluralis deſinit in. μεν. deeſt prima dualis. hāc tamē ſignificato ſolet comprehendere prima pluralis, ut τύπτομεν, ideſt uerberamus com plures ſiue duo. τύπτετον uero ſecūda dualis eſt, & τύπτετον tertia. Præterea hæ duæ ſimiles ſunt, quādocūq; tertia pluralis deſinit in.ι. ut τύπτετον τύπτετον, quia τύπτουσι. item τύπτεσθον τύπτεσθον in uoce paſſiua, quia τύπτονται: alias, diſſi miles, ut ἐτύπτετον ἐτυπτέτην in paratatico: quia tertia pluralis eſt ibi ἔτυπτον. In diſſimilibus uero, tertia dualis à ſecūda fit. ον. mutato in. ην. ac tono tranſlato in penultimā, ob mutationē breuis in longā. Quoniā autem tēpora per literas formatiuas maxime diſtinguntur: illa in formatione coniunximus, quæcūq; eaſdem formatiuas habent: ut puta parataticū cum præſenti, primū aoriſtū cum primo futuro, hyperſyntelicū cum paracimeno, ac demū hyperſyntelicū medium aoriſtum ſecūdū & ſecundū futurū cū paracimeno meſo. Quod ideo admonemus, ne quis miretur cōmunem ordinē inuerſum. Illud etiā præmonemus nōnulla tempora quæ in exemplis propoſitis in uſu non reperiūtur, conſulto hic effingi, ut tyrones ſimilia doceantur iuxta analogiam formare in uerbis alijs, ubi non deſunt.

## De formatione futuri & aoriſti priorum actiuorū. Cap. 25.

FVturum à præſenti fit variata ſola formatiua: in prima quidem coniugatione in. ψ. vt γράφω γράψω, τύπτω τύψω: in ſecūda in. ξ. λέγω λέξω: in tertia in. σ. ᾄδω ᾄσω: in quarta in. σ. quando videlicet thema habet. ζ. vt φράζω φράσω, præter οἰμώζω στηρίζω αἰάζω στενάζω ὀλολύζω ἀλαπάζω κράζω θρυλλίζω παίζω σφάζω σίζω τρίζω ῥέζω: quæ omnia. ξ. aſſumunt in futuro. quando autem thema habet. σσ. ſiue. ττ. fit variatio in. ξ. vt πράσσω vel πράττω facio, πράξω. excipiuntur πράττω vendo. μ. πράσω, item πλάττω πάττω ἐρέσσω ἱμάσσω λίσσω ὑπνώσσω. quæ. σ. aſſumunt in futuro. πέπτω vero. ψ. πέψω. In ſexta. σ. interponitur ante. ω. vt βασιλεύω βασιλεύσω. In quinta manent in futuro. λ. μ. ν. ρ. ſed differentiæ cauſa circumflectitur vltima, & corripitur penultima. vt ψάλλω ψαλῶ, νέμω νεμῶ, φαίνω φανῶ, σπείρω σπερῶ.

Aoriſtus primus fit à futuro. ω. mutato in. α. breue, tonoq; retroacto. vt τύψω ἔτυψα. habet autem fere penultimam longam: ideoq; in verbis quintæ eam aliqua ratione producit.

SCHOL. *Futurum primum, quod totius ferme coniugationis eſt cardo, uarias habet formas. quas qui probe tenuerit, facile reliqua tempora uerſabit. Nos hic capita cōmunia regulariaq; proponimus. quæ deſunt partim reperientur in locis de uerbis circumflexis et.* εἰς. μι. *et de anomalis, partim lib. 5. ubi de dialectis & poe*



*tico uſu ſeorſum agitur. Conſonantes immutabiles.* λ. μ. ν. ρ. *quum reperiuntur circa finem rectorum in nominibus, & thematum in uerbis: manent fere immobiles in obliquis, & in temporibus inde formatis, ut* ὁ νέστωρ τοῦ νέστορος. αἴρω ἀρῶ. *&c. In futuris quintæ fit penultima breuis, abiecta altera immutabili, ſi fuerint duæ, ut* ψάλλω ψαλῶ, κάμνω καμῶ: *aut.* ι. *è diphthongo, ubi fuerit, extrito, ut* μιαίνω μιανῶ, κείρω κερῶ. *alias uocali ancipiti tantūmodo correpta, ut* κρίνω κρινῶ, μολύνω μολυνῶ. *In aoriſtis contra producitur.* ε. *futuri, aſſumpto.* ι. κερῶ ἔκειρα: *ancipites uero manent productæ, ut* ἔκρινα ἐμόλυνα ἐμίανα. α. *tamen frequentius tranſit in.* η. *ut* ψαλῶ ἔψηλα, φανῶ ἔφηνα.

## De formatione præteritorū pfecti & pluſquā pfe. indica. Cap. 26.

PAracimenos fit à futuro. ω. mutato in. α. et variata formatiua, hoc ordine: quum in futuro eſt. ψ. in. φ. vt τύψω τέτυφα: quū. ξ. in. χ. λέγω λέξω λέλεχα, σφάζω σφάξω ἔσφαχα, ὀρύττω ὀρύξω ὤρυχα: quū. σ. aut immutabilis, in. κ. vt ᾄδω ᾄσω ᾖκα, φράζω φράσω πέφρακα, πλάττω πλάσω πέπλακα, βασιλεύω βασιλεύσω βεβασίλευκα. In verbis vero quintæ, immutabilis fere manet ante. κ. vt ψάλλω ψαλῶ ἔψαλκα. κείρω κερῶ κέκαρκα. αἴρω ἀρῶ ἦρκα. νέμω νεμῶ νενέμηκα. Hic. η. ideo interponitur, quia. μ. nō poteſt eſſe ante. κ. qđ itidē fit in βρέμω βρεμῶ βεβρέμηκα, et δέμω δεμῶ δεδέμηκα. Item in deſinentibus in. νω. vt in φαίνω φανῶ πέφαγκα, et ſimilibus. ν. mutatur in. γ. quia non poteſt eſſe ante. κ. præter quā in finitis in. ινω. εινω. υνω. in quibus omnino abiicitur. vt κρίνω κρινῶ κέκρικα, κτείνω κτενῶ ἔκτακα. θύνω θυνῶ τέθακα. μολύνω tamen format μεμόλυγκα. ν. conuerſo in. γ. μένω vero μεμένηκα et τέμνω τετέμηκα. η. interpoſito. Annotāda quoq; verba quintæ diſſyllaba habentia in penultima. ε. q̄ ipſum fere mutant in. α. in præterito, vt σπερῶ ἔσπαρκα, κτενῶ ἔκτακα.

Præteritum pluſquam perfectum fit à perfecto. α. finali mutato in. ειν. vt ἔσπαρκα ἐσπάρκειν, ὤρυχα ὠρύχειν. quando autem perfectum incipit à conſonanti, recipit in principio. ε. vt τέτυφα ἐτετύφειν. πέφρακα ἐπεφράκειν.

SCHOL. *Paracimenos à futuro differre poteſt initio per augmentum, de quo dictum eſt. fine uero ſemper differt: quia deſinit ſemper in.* α. *idq; tono fere in antepenultimam tranſlato. item formatiua, qua ſemper uariat à futuro. ad hæc penultima nōnunquam, ſicuti exemplis oſtenſum eſt. In ſumma in prima coniugatione deſinit in.* φα. *in ſecunda in.* χα. *In tertia quinta, & ſexta in.* κα. *In quarta uero partim in.* κα. *partim in.* χα.

MEdium præteritũ perfectũ in quibuſdã verbis ſignificat actionẽ, in aliis paſſionẽ. Fit autem ab actiuo, cõuerſa formatiua in illã quã habet præſens, vt ᾄδω ἧκα, ᾖδα. Quãdo autẽ in præſenti ſunt duæ formatiuæ, præteritũ mediũ accipit priorem, vt τύπτω τέτυπα. excipiũtur βλάπτω βέβλαβα, καλύπτω κεκάλυβα, κρύπτω κέκρυβα, σκάπτω ἔσκαφα. excipiũtur quoq; verba quartæ cõiugationis. e quibus illa. γ. accipiunt, quæ in futuro habẽt. ξ. vt κράζω κράξω κέκραγα, πλήττω πλήξω πέπληγα. præterquã φρίττω φρίξω πέφρικα. reliqua vero. δ. quæ videlicet in futuro habent. σ. vt φράζω φράσω πέφραδα. In verbis autem quintæ & ſextę non circũflexis, remoto. κ. præteriti actiui, fit fere mediũ. vt ψάλλω ψαλῶ ἔψαλκα ἔψαλα, λύω λύσω λέλυκα λέλυα. Penultimã eandẽ cũ præterito actiuo ſeruat: præterquã in verbis diſſyllabis habentibus. ε. ſolũ vel cum. ι. in quibus. ο. recipit. vt λέγω λέλογα, σπείρω σπερῶ ἔσπορα, πείθω πέποιθα: et in habentibus. αι. quæ mutari ſolet in. η. vt φαίνω πέφηνα.

Pluſquã perfectum mediũ fit à ſuo medio perfecto. α. in. ειν. vt ἔσπορα ἐσπόρειν, τέτυπα ἐτετύπειν. ſicut in actiuis.

SCHOL. Inter uerborũ genera numerantur cõmunia, alias dicta quoq; media: q̄ ſola uoce paſſiua ſignificationem actionis & paſſionis cõplectantur, ut βιάζομαι uim patior & uim facio. de quibus alias. Hic uero per media intelligenda ſunt quædã tempora, ſignificatio quidẽ uaria, uoce uero partim actiua: qualia ſunt mediũ perfectum & mediũ pluſquã perfectũ, partim paſſiua: qualia ſunt præſens & paratatičus & duo futura & totidem aoriſti. nã in indicatiuis actiuæ uocibus bina tẽpora media reperiũtur, in paſſiuæ ſena. Qua in re quũ grãmaticorũ ſentẽtiæ uarient: illi rectius ſentire uidentur qui tradunt, mediorũ uocem actiuã habẽtiũ, partim ſolam paſſionem ſignificare, ut ἀπόλωλα perij, ἀπολώλειν perieram, ἔῤῥωγα ruptus ſum, ἐῤῥώγειν ruptus fueram: partim ſolam actionẽ (quod rarius accidit), ut λέλοιπα reliqui, ἐλελοίπειν reliquerã, τέτοκα peperi, ἐτετόκειν pepererã. Habẽtiũ uero uocem paſſiuã, partim paſſiue ſignificare ſecundũ cõmunes, atq; item actiue ſecudũ atticos: qualia ſunt præſentia & paratatici, ut ab ἄγω duco, ἄγομαι duco & ducor, ἠγόμην ducebam & ducebor, à προάγω, προάγομαι produco producor, προηγόμην producebã producebar: partim actionẽ ſolã, qualia ſunt in plæriſq; uerbis duo futura, ut τύψομαι τυποῦμαι, ideſt uerberabo, & duo aoriſti, ut ἐτυψάμην ἐτυπόμην. q̄ tamen in nõnullis uerbis paſſionẽ quoq; ſignificare cõperiũtur, ut ἀπολοῦμαι peribo. ſic ἀφαιρήσομαι ἐπαινέσομαι θρέψομαι ἀπωλόμην ἐλουσάμην ἐσκευασάμην ἀπήγξατο ἐκοσμήσατο. et alia. ſicuti etiam ex uoce actiuis. i. ex paracimenis quidã reperiũtur



periuntur in utraq; ſignificatione, quanquam perraro. ut διέφθορα corrupi & corruptus ſum. Ex medijs igitur ea quæ uocem habent actiuam, actiuæ coniugationi immiſcuimus, quæ uero paſſiuam, paſſiuæ compendij gratia. Verba autem ſextæ barytonorum, pauca habent medium præteritum. qua de re dicetur in uerbis circumflexis. Illud vero euidenter colligitur, q̄ quum thema habet formatiuam φ. aut. χ. præteritum medium coincidet cum præterito actiuo, ut γράφω γράψω γέγραφα, meſos quoq; γέγραφα. τρύχω τρύξω τέτρυχα, καὶ μέσος τέτρυχα.

De formatione aoriſti ſecũdi & futuri ſecũdi actiuorũ. Cap. 28.

AOriſtus ſecundus fieri poteſt à præſenti, vltima in. ον, et ſeruata formatiua, eo modo quo in medio præterito. vt ᾄδω ᾖδον, τύπτω ἔτυπον, κράζω ἔκραγον, φράζω ἔφραδον, ψάλλω ἔψαλον. Penultima variat. quã habere vult ancipitẽ, eamq; correptam. qua propter. η. et. ω. mutãtur in. α. vt πλήττω ἔπλαγον. quãquã alias ἔπληγον, quoq; reperitur. τρώγω ἔτραγον. ε. vero in verbis diſyllabis fere trãſit in. α. vt πλέκω ἔπλακον, τρέπω ἔτραπον. Item ex. ει. et. ευ. abiicitur. ε. λείπω ἔλιπον. φεύγω ἔφυγον. niſi q̄ in diſyllabis quintæ pro. ει. aſſumitur. α. vt σπείρω ἔσπαρον. Ad hæc cum duæ ancipites concurrũt in diphthongon, priorem retinet arioſtus. 2. vt παύω ἔπαον, φαίνω ἔφανον.

Futurum ſecũdum ab hoc ipſo aoriſto fit, vltima tantum mutata in. ω. circumflexum. vt ἔτυπον τυπῶ, ἔλιπον λιπῶ, ἔτραπον τραπῶ.

SCHOL. Aoriſtus ſecũdus nõnunquã concurrit cũ paratatico, ut γράφω, ἔγραφον ſcribebam & ſcripſi. ᾄδω, ᾖδον canebam & cecini. hoc tempus & futurum ſecundũ, ſicuti præteritum quoq; mediũ & pluſquam perfectũ medium, deſunt fere in uerbis ſextæ. Penultimam non mutant hæc φλέγω λέγω βλέπω, aoriſt. 2. ἔφλεγον ἔλεγον ἔβλεπον. ab ἀκούω uero non formatur ἤκουον, ſed ἤκοον. Quando autem μέσος παρακ. deſignatiuam præter regulam accipit, tunc aoriſtus ſecũdus idem facit. ut βέβλαβα κέκρυβα, ἔβλαβον ἔκρυβον. quanquam in his magis ſunt in uſu paſſiui ab ipſis formati, ἐβλάβην ἐκρύβην.

De formatione tꝑorũ iꝑatiui & aliorũ modorũ actiuorũ. Ca. 29.

IMmperatiui tempora fiunt à tertiis perſonis ſuorũ ſimiliũ indicatiui, remotis tantum augmentis. Generaliter enim augmenta præteritorũ in reliquis modis ab indicatiuo, & in participiis abiiciuntur: exceptis paracimenis, in quibus vbiq; manent. Igitur præſens τύπτε fit à tertia perſona paratatici ἔτυπτον. τες. ἔτυπτε. Præteritũ perfectum ſimiliter à tertia. τέτυφα τέτυφας τέτυφε, inde τέτυφε τετυφέτω. Præteri. medium eo=

dem modo à τέτυπα τέτυπας τέτυπε. τέτυπε τετυπέτω. Aoriſtus. 1. mutat. ε. in. ον, vt ἔτυψα ἔτυψας ἔτυψε, τύψον τυψάτω. Aoriſtus. 2. ἔτυπον ἔτυπες ἔτυπε. inde τύπε τυπέτω.

Optatiui tempora fiunt à genitiuis participiorum. τος. in. μι. et abiecto ν. vbi præceſſerit, appoſitoq; ι. in diphthongum ad penultimam vocalem, ac tono locato ſupra ante penultimā, ſic. Præſens particip. ὁ τύπτων τοῦ τύπτοντος. inde τύπτοιμι. τύπτοις. τύπτοι. Præteritū ὁ τετυφὼς τοῦ τετυφότος. inde τετύφοιμι τετύφοις. Sic mediū præteri. à τετυπὼς. ότος. τετύποιμι. τετύποις. Aoriſtus primus, ὁ τύψας τοῦ τύψαντος. inde τύψαιμι τύψαις. Aoriſtus. 2. ὁ τυπὼν τοῦ τυπόντος. inde τύποιμι τύποις. Futurum primum, ὁ τύψων τοῦ τύψοντος. inde τύψοιμι τύψοις. Futurum. 2. ὁ τυπῶν τοῦ τυποῦντος. inde τυποῖμι circūflexa penultima.

Subiūctiui tempora fiunt ab indicatiuo, vltima in. ω. hoc modo. Præſens à paratatico ἔτυπτον, ἐὰν τύπτω τύπτῃς τύπτῃ. Præteritum à τέτυφα. ἐὰν τετύφω τετύφῃς τετύφῃ. ſic à τέτυπα τετύπω. Arioſtus prim9. ab ἔτυψα, ἐὰν τύψω τύψῃς. ψῃ. Aoriſt9. 2. ab ἔτυπον, ἐὰν τύπω τύπῃς. πῃ.

Infinitiui tempora fiunt à tertiis perſonis indicatiui, hoc modo. Præſens addito. ν. vt à τύπτω τύπτεις τύπτει, τύπτειν. Futura eodem modo τύψω τύψεις τύψει, τύψειν. τυπῶ. τυπεῖς τυπεῖ, τυπεῖν. Præterita addito. ναι, et tono in penultimā demiſſo, τέτυφε τετυφέναι. τέτυπε τετυπέναι. Aoriſtus prim9. mutato. ε. in. αι. ac tono itidem demiſſo, ἔτυψα ἔτυψας ἔτυψε, τύψαι. ἐποίησα ἐποίησας ἐποίησε, ποιῆσαι. Aoriſt9. 2. addito ν. et. ι. in diphthongū ἔτυπον ἔτυπες ἔτυπε, τυπεῖν, vltima circūflexa.

SCHOL. *Quū augmenta abijciuntur, redit initium thematis, ut ab* ἔτυψα τύψον. *ab* αἴρω. *tamen.* μ. ἀρῶ. ἀόρ. ἦρα. *nō redit.* αι. *thematis, ſed.* α. ἆρον. ἄροιμι. ἐὰν. ἄρω. ἆραι. ὁ ἄρας. &c. *Paratāticorū et hyperſyntelicorum uoces, & ſi deſunt in alijs modis ab indicatiuis, non tamē ſignificata deſunt. quippe quū præſentia paratāticorū ſignificatū ſuppleant, paracimeni uero hyperſyntelicorū: atq; itidem aoriſti futurorū, in imperatiuis. ſ. et ſubiūctiuis: in quibus nō ſunt futurorū uoces. Porro imperatiua, tametſi nō habent primas pſonas ſingulares, plurales tamen mutuo ſumunt à ſubiunctiuis. Nā* τύπτωμεν *imperatiue ſumitur, pro eo quod eſt uerberemus plures, et pro duali uerberemus duo. Imperatiui & ſubiunctiui præſentia cōmodius formantur à paratāticis, quā à præſentibus, ut ea formatio comprehendat paſſiuam uocem & uerba circumflexa, quemadmodū ſuis in locis planius fiet. In uariatione temporum imperatiui ſeruatur. ε. præterquā in aoriſto primo, qui accipit. α.* τύψον τύψάτω. *Optatiua ſemper uolunt habere diphthogum cum.* ι. *in penultima. Quo circa in ipſis formandis abijciendum eſt.* ν. *uel.* υ. *quando occurrūt ante.* τος. *in genitiuis participiorum, ut* τύπτοντος τύπτοιμι, τυποῦντος τυποῖμι. *Subiunctiuorū perſonæ ſequūtur analogiam indicatiuorum. niſi q; ubi eſt.* ο. *uel.* ου. *in indicatiuis, accipiunt.* ω. τύπτομεν, τύπτουσι, ἐὰν τύπτωμεν τύπτωσι. *ubi uero.* ε. *aut.* ει. *accipiunt.* η. *idq; ſubſcripto.* ι. *in ſingulari, ut* τύπτεις τύπτει, ἐὰν τύπτῃς τύπτῃ. τύπτετον τύπτετε, ἐὰν τύπτητον τύπτητε: *qđ ſimili modo fit in præteritis & aoriſtis. Perſonarū autē formatio facile habebitur in reliquorū uerborū modis p exēplū* τύπτω, *ut à* λέγω, λέγε λεγέτω, λέγετον λεγέτων, λέγετε λεγέτωσαν. λέγοιμι λέγοις λέγοι, λέγοιτον λεγοίτην, λέγοιμεν λέγοιτε λέγοιεν. *et ſimiliter in cæteris.*



## De participiis actiuis & eorum formatione. Cap. 30.

PArticipiū à noīe accipit genera imprimis & caſus, à verbo tēpora & actū, quē habet cū re cōiunctū. nā ὁ τύπτων verberans ſubſtātiā ſignificat vt nomē, & actū vt verbū. Eorū quū qdā ſint à verbis barytonis, alia à circūflexis, alia ab. εις. μι. ac rurſus qdā actiuæ vocis, alia paſſiuæ: actiuorū venietiū à barytonis formatio talis eſt. Præſens fit à pria pſona indicatiui addito. ν. vt τύπτω ὁ τύπτων τοῦ τύπτοντος. Futurū eodē modo, vt à τύψω ὁ τύψων τύψοντος. à τυπῶ ὁ τυπῶν. οῦντος. Preterita à ſcđis pſonis. ας. ι. ως. oxytonū τέτυφα τέτυφας, ὁ τετυφὼς. ότος. τέτυπα τέτυπας, ὁ τετυπὼς. ότος. Aoriſt9. 1. ſiſīter à ſecūda pſona ſublato augmēto, vt ab ἔτυψας, ὁ τύψας τύψαντος. Aoriſt9. 2. à pmo. ον. in. ων. oxytonū. ἔτυπον, ὁ τυπὼν. όντος.

SCHOL. *Hic græci latinos, ut alias in multis, copia uincunt. ſiqdē latinis unica uox eſt præſentis triū generū, q̄ præteritū quoq; cōplectitur, uerberās. pro qua illi habent ternas in præſenti iuxta triū generū diſtinctionem,* ὁ τύπτων ἡ τύπτουσα τὸ τύπτον. *qđ uniuerſale apud illos eſt i participijs oīb9. habēt quoq; præteritorū participia diſtincta, eaq; multiplicia, perfectorū uidelicet actiuorū & mediorū, atq; itē aoriſtorū. Idē apparet in futuris & in uoce paſſiua. ubi illi ſiſīter copioſi, latini cōtra inopes deprehēdūtur: Fœmininæ & neutræ teriationes hic nō formātur: qa ex analogia exēpli propoſiti, facile in alijs uerbis deducētur. Fœminī. ptinēt ad ſecūdā declinationē pariū: neutræ ſequūtur inflexionē maſculinorū. ſunt enī aut tertiæ ambæ, ut* ὁ τυπτόμενος τὸ τυπτόμενον, τοῦ τυπτομένου: *aut quintæ ambæ, ut* ὁ τύπτων τύπτοντος, τὸ τύπτον τύπτοντος. ὁ τυφθεὶς τοῦ τυφθέντος, τὸ τυφθὲν τοῦ τυφθέντος.

## De formatione præſentis & paratatici paſſiuæ vocis. Cap. 31.

PRæſens cōmuniter ſignificat paſſionem in verbis actiuis, attice etiam actionem, ideoq; inter media tempora computatur. fit autem ab acti-

no. ω. in. ομαι. vt τύπτω τύπτομαι, tono tranſlato in antepenultimam.

Paratatícus, qui ſimili ratione numeratur inter tempora media, fit ab actiuo. μην. poſito ante. ν. vltimum. vt ἔτυπτον ἐτυπτόμην.

SCHOL. *In uerbis non habentibus actiuam uocem, fingenda eſt, ut inde formentur eorum tempora, ut δέχομαι ſuſcipio, præteritum habet δέδεγμαι, iuxta fictum thema δέχω: unde δέξω ἔδεξα δέδεχα, ſimiliter fictitia. à quibus deducenda δέξομαι ἐδεξάμην δέδεγμαι. &c. Augmenta adduntur præteritis in indicatiuo paſſiuo ſicut in actiuo: auferunturq́; ſimiliter in reliquis modis. Secunda perſona præſentis ſingularis τύπτῃ. ι. habet ſubſcriptum.*

De formatione præteriti pfecti & pluſquā pfecti paſſi. Cap. 32.

PRæteritū perfectum fit ab actiuo, vltima in. μαι. πεποίηκα πεποίημαι. quū autem actiuū deſinit in. φα. aſſumit adhuc alterum. μ. vt τέτυφα τέτυμμαι. quū vero in. χα. γ. vt λέγω λέλεχα λέλεγμαι. quū in. κα. præcedentibus quidem immutabilibus. λ. aut. ρ. eaſdem retinet, vt ἔψαλκα ἔψαλμαι, ἔσπαρκα ἔσπαρμαι. φ ſi. γ. præcedit, mutatur in. μ. vt φαίνω φανῶ πέφαγκα πέφαμμαι. Si vero thema conſonantē habet non immutabilē, aſſumit. σ. vt πλήθω πέπληκα πέπλησμαι, φράζω πέφρακα πέφρασμαι. Si. ω. purum, aut immutabilē, quæ in præterito actiuo ſit amiſſa: nulla conſonans aſſumitur in paſſiuo ante. μαι. βασιλεύω βεβασίλευκα βεβασίλευμαι, κρίνω κέκρικα κέκριμαι. Excipiūtur ea fere, quæ ante vocalem penultimam habent cōſonantem illi contiguā, vt ἀκούω ἤκουκα ἤκουσμαι, τελέω τετέλεκα τετέλεσμαι, γελάω γεγέλακα γεγέλασμαι, ἑλκύω εἵλκυκα εἵλκυσμαι, κλείω κέκλεικα κέκλεισμαι. Penultima in verbis in. ω. eadem eſt hic, & in actiuo. niſi φ in verbis primæ coniugationis diſyllabis habentibus. ε. in priori cū. ρ. alteri conſonāti ſubiecta. ε. mutatur in. α. vt τρέπω τέτραμμαι. Reliquæ perſonæ variant. Secunda fit à prima. μ. in. σ. vt ἔψαλμαι ἔψαλσαι, ἔσπαρμαι ἔσπαρσαι, κέκριμαι κέκρισαι, πεποίημαι πεποίησαι. quū vero ante. μ. eſt. σ. remouetur tantū. μ. vt πέφρασμαι πέφρασαι, κέκλεισμαι κέκλεισαι. quū autem. μ. pręcedit. μαι. vt puta in verbis primę, tunc. π. tenuis aſſumitur, quia. μ. eſt loco eius mediæ. β. vt τέτυμμαι τέτυψαι. Nēpe. ψ. ex. πσ. conſtat. quū vero. μ. pro. ν. tunc reſumitur. ν. vt φαίνω πέφαγκα πέφαμμαι πέφανσαι. Porro quū. γ. præcedit, aſſumitur eius tenuis, vt λέγω λέλεγμαι λέλεξαι. quia. ξ. habet in ſe. κσ. Tertia fit à ſecunda. σ. in. τ. ἔψαλσαι ἔψαλται, ἔσπαρσαι ἔσπαρται, πέφανσαι πέφανται, κέκρισαι κέκριται, πεποίησαι πεποίηται. item τέτυψαι τέτυπται, λέλεξαι λέλεκται. diſſoluūtur enim rurſus duplices. Quādo autē in prima eſt. σ. ante. μαι. ſeruatur in tertia ante. ται. vt πέφρασμαι πέφρασται, κέκλεισμαι κέκλεισται. Secunda & tertia dualis fiunt ab hac tertia. ται. in. θον. ἔψαλται ἔψαλθον, ἔσπαρται ἔσπαρθον, πέφρασται πέφρασθον. quando autem ante. τ. eſt. π. vertit in. φ. quādo vero. κ. in. χ. q̄ illarū aſpiratę ſunt. vt τέτυπται τέτυφθον, λέλεκται λέλεχθον. Alias quandocūq; ante. ται. eſt vocalis, additur. σ. ante θον. κέκριται κέκρισθον, πεποίηται πεποίησθον. Tertia pluralis fit à tertia ſingularis. ν. poſito ante. τ. πεποίηνται κέκρινται. quæ formatio ſolūmodo habet locum, vbi ante. ται. in ſingulari eſt vocalis. nam cum præcedit altera conſonans: quia non poſſunt illæ ſimul eſſe cū. ν. non formatur: ſuppleturq́; per participiū cum verbo ſubſtantiuo, τέτυπται τετυμμένοι εἰσίν. verberati ſunt. Pluſq̄ pfectū fit à pfecto. μαι. in. μην. τέτυμμαι ἐτετύμμην. formatio ſecūdæ ἐτέτυψο, et reliquarū perſonarū, procedit vt in pfecto.



SCHOL. *Præteriti perfecti formatio imprimis eſt notanda, cum φ ſubinde in perſonis uariet, tum etiam φ inde oriantur alia tempora, & uerbalia complura. Igitur uerba primæ coniugationis, quæ in prima perſona acceptura erant ante. μαι. β. conſonantem mediam aſpiratæ. φ. præteriti actiui: quia. β. nunquam reperitur ante μ. mutant illam in. μ. atq́; ita fit, à τύπτω τέτυφα, τέτυμμαι pro τέτυβμαι. at uerba ſecundæ, & illa quartæ quæ in futuro habent. ξ. ſeruant. γ. hoc eſt mediam: quia poni ea poteſt ante. μ. ut λέλεχα λέλεγμαι, ϛηρίζω ϛηρίξω ἐϛήριχα ἐϛήριγμαι. Verba autem tertiæ & quartæ, quæ habent in futuro. σ. ac proinde in præterito actiuo. κ. accipiunt. σ. ante. μαι. quorum exempla appoſita ſunt in cōtextu. ubi etiā de reliquis uerbis quintæ & ſextæ diſeritur. Tertia pluralis aliter quoq́; fit more ionico (ut lib. 5. diceetur.) Perſonæ hic non formatæ ſequūtur analogiam formatarum iuxta coniugationem uerbi τύπτω. &c.*

De formatione aoriſtorum paſſiuorum. Cap. 33.

AOriſtus prim⁹ fit à prima pſona p̄teriti paſſiui. μαι. in. θην. et depoſita cōſonāte inchoatiua, quū eam habet præteritū pro reduplicatione. vt πεποίημαι ἐποιήθην, κέκριμαι ἐκρίθην, ἔψαλμαι ἐψάλθην. ἔσπαρμαι ἐσπάρθην, πέφρασμαι ἐφράσθην. quando autem ante. μ. eſt. γ, media, aut alterum. μ. loco mediæ. β. hoc eſt in prima & ſecunda coniugatione, reſumuntur aſpiratæ præteriti actiui ante. θην. τέτυφα τέτυμμαι ἐτύφθην, λέλεχα λέλεγμαι ἐλέχθην. quando vero ante. μ. eſt. μ. pro. ν. reſumitur ante. θην. ipſum ν. vt φαίνω πέφαγκα πέφαμμαι ἐφάνθην. Notantur aoriſti ſequentes, à μέμνημαι ἐμνήσθην, et à ῥωννύω. μ. ῥώσω. ἔῤῥωμαι. ἐῤῥώσθην. in quibus accipi-

tur. σ. item à σώζω σέσωσμαι ἐσώθην: vbi ediuerſo abiicitur. σ. et ab αἱροῦμαι ᾕρημαι ᾑρέθην: vbi vocalis penultima variatur. itidē in cōpoſitis, vt ἀφαιροῦμαι ἀφῄρημαι ἀφῃρέθην. &c. Porro in verbis primę diſſyllabis, q̄ mutarūt ε. in. α. in præterito, vt τρέπω τέτρεφα τέτραμμαι, reſumitur. ε. ἐτρέφθην. Aoriſtus ſecūdus fit ab actiuo. ον. in. ην. ἔτυπον ἐτύπην, ἔτραπον ἐτράπην. hic autem priori vſitatior eſt, à verbis vtrunq; habentibus.

SCHOL. *Aoriſti paſſiui ſignificant actionē & paſſionē à verbis ſolā vocē paſſiuā habētibus, ut* δέχομαι *accipio,* ἐδέχθην *accepi & acceptus ſum. Sic* θεῶμαι ἐθεάθην, λυτροῦμαι ἐλυτρώθην, ῥύομαι ἐῤῥύσθην. *Variantur autē fereiuxta actiuorū formam etiā in alijs modis. Quare facilis eſt in illis perſonarū deductio per analogiam.*

De formatiōe futurorū paſſiuorū & mediorū, & aoriſt. med. Ca. 34.

DVo futura paſſiua fiunt à ſecūdis perſonis aoriſtorū paſſiuorum, addito. ομαι. vt ab ἐτύφθης τυφθήσομαι, ab ἐτύπης τυπήσομαι. Μετ' ὀλίγον μέλλων. i. mox ſiue paulo poſt futurum, à ſecunda præteriti interpoſito. ομ. ante extremam. αι. vt à τέτυψαι τετύψομαι, à λέλεξαι λελέξομαι. Futura media ab actiuis: primū videlicet. ω. in. ομαι. vt à τύψω τύψομαι, ſecundū. ω. in. οῦμαι. vt à τυπῶ τυποῦμαι. ſignificant autem vt plurimū ſolam actionem. Aoriſti quoq; medii ſolā ferme actionem. formantur autem à ſuorum actiuorū primis perſonis. Primus addito. μην. ἔτυψα ἐτυψάμην. Secundus poſito. μη. ante vltimū. ν. ἔτυπον ἐτυπόμην. Prioris perſonæ, & ſi ab aliis temporibus variant, deduci tamen poſſunt in cæteris verbis iuxta exemplum τύπτω. poſterior paratatici inflexionem ſequitur.

SCHOL. *Mox futurū ſignificat cū paſſione celeritatē, ut* πεπράξεται *confeſtim fiet,* τεθνήξεται *paulo poſt morietur. ſeruatq; augmentū indicatiui in reliq̄s modis, ſicuti præteritū perfectū unde fit. Horum quinq; futurorū eadem ferme eſt pſonarū variatio cū præſenti paſſiuo. Mediū. 2. rarum eſt: mox futurum rarius.*

De forma. tēporū impatiui optati. ſubiūct. et infini. paſſi. Cap. 35.

IMperatiui preſentis ſecūda pſona fit à ſecūda paratatici ſui indicatiui. vt ab ἐτυπτόμην ἐτύπτου, abiecto augmento τύπτου. Præteriti ſecūda à ſecūda hyperſyntelici. vt ab ἐτέτυψο, τέτυψο. ab ἔψαλσο, ἔψαλσο. Tertia ab eiuſdē tertia. το. vltimo in. θω. vt ἔψαλτο ἐψάλθω. q̄ ſi præceſſerit cōſonans tenuis: cōuertetur in ſuā aſpiratā. ἐτέτυπτο, τετύφθω. ſi autē ante. το. fuerit vocalis, aſſumetur. σ. ante. θω. vt πεποίησο πεποιήσθω. Duo aoriſti à tertiis pſonis ſuorū ſimiliū addito. τι. ἐτύφθη τύφθητι, ἐτύπη τύπηθι. Aoriſtus pm⁹ medi⁹ ab actiui prima pſona addito. ι. et tono retracto in ātepenul



timā in polyſyllabis. vt ab ἔτυψα τύψαι, ab ἐποίησα ποίησαι. Aoriſt⁹. 2. à ſecūda pſona ſui medii, vltima circūflexa, vt ab ἐτυπόμην ἐτύπου, τυποῦ.

Optatiui tēpora exceptis aoriſtis paſſiuis fiunt à ſuis ſimilib⁹ indicatiui, mutata ſyllaba vltima primæ pſonæ in. μην. et p̄poſito. ι. hac ſerie. Preſens à prima pſona ſui p̄ſentis. vt à τύπτομαι τυπτοίμην. Præteritū à p̄terito ſimiliter. vt à πεποίημαι πεποιήμην. quādo autē in illo eſt cōſonās ante. μαι. deeſt hoc, ſuppleturq; circūloquio p participiū & verbū ſubſtātiuū. vt τέτυμμαι, τετυμμένος εἴην εἴης εἴη. Aoriſti à participiorū genitiuis. τος. in. ην. et. ι. præpoſito. vt ὁ τυφθεὶς τοῦ τυφθέντος. inde τυφθείην. ὁ τυπεὶς τυπέντος. inde τυπείην. Aoriſti medii ſicut præſens. vt ab ἐτυψάμην τυψαίμην, ab ἐτυπόμην τυποίμην. Futura oīa eodē modo, vt à τετύψομαι τετυψοίμην, à τυφθήσομαι τυφθησοίμην, à τυπήσομαι τυπησοίμην, à τύψομαι τυψοίμην, à τυποῦμαι τυποίμην.

Subiūctiui tp̄a, exceptis ſemp aoriſtis, fiūt à ſuis actiuis addito. μαι. aut à paſſiuis vltima in. μαι. et penul. in. ω. Preſens ἐὰν τύπτωμαι à p̄ſenti ſubiūctiui ἐὰν τύπτω: vel à τύπτομαι indicatiuo. Præte. ab ἐὰν πεποιήκω vel à πεποίημαι, ἐὰν πεποιῶμαι. penul. circūflexa. ſupplet autē p circūloquiū, quādo deeſt in optatiuo. vt τετυμμένος λελυμένος ἐὰν ὦ ᾖς ᾖ. Aoriſti à tertiis pſonis reſpōdētiū in indicatiuo paſſiuo, vt ab ἐτύφθη ἐτύπη, ἐὰν τυφθῶ τυπῶ, vltima circūflexa. Aoriſti medii ſicut præſens. vt ab ἐὰν τύψω vel ab ἐτυψάμην, ἐὰν τύψωμαι. ſic ab ἐὰν τύπω vel ab ἐτυπόμην, ἐὰν τύπωμαι.

Infinitiui tp̄a, exceptis ſiliter aoriſtis, fiūt à ſecūdis pſonis pluraliū indicatiui. ε. vltimo mutato in. αι. hoc modo. Præſens à ſecūda pluralis preſentis indicatiui τύπτεσθε, vnde τύπτεσθαι. Præteritū ſiliter à τέτυφθε. niſi q̄ hic trāſferri ſolet ton⁹ in penul. τετύφθαι. Aoriſti à tertiis pſonis ſingulariū addito. ναι. et penul. circūflexa. vt ab ἐτύφθη τυφθῆναι, ab ἐτύπη τυπῆναι. Aoriſti medii ſicut p̄ſens, vt à τύψασθε τύψασθαι, à τύπεσθε tamē fit τυπέσθαι, tono trāſlato in ātepenul. ſicut in p̄terito. Futura oīa itidē ſicut præſens, vt à τυφθήσεσθε τυφθήσεσθαι, à τυπήσεσθε τυπήσεσθαι, à τετύψεσθε τετύψεσθαι, à τυπεῖσθε τυπεῖσθαι.

SCHOL. *In perſonis dualis & pluralis præteriti imperatiui ſeruandæ ſunt cōſonātes tertiæ pſonæ ſingularis. ſic* τέτυφθον τετύφθων τέτυφθε τετύφθωσαν. *quia tertia ſingularis eſt* τετύφθω. *pari forma in alijs uerbis. Aoriſt. I. paſſiuus imperatiui, ideo finitur in.* τι. *et non in.* θι: *q̄ ſoleat præcedere alterū.* θ. *q̄q; euphoniæ gratia caueatur, ne eadem aſpirata ſeipſam prope conſequatur. quare ab* ἐτύφθη *fa*

ctum eſt τύφθητι, non τύφθηθι. at in ſecundo: quia id impedimentum fere ſublatũ eſt, manet. θ. ἐτύπη τύπηθι. Optatiui tempora in uoce quoq; paſſiua, quemadmodum in actiua, ſic amant formari, ut poſt ultimã mutationem addatur. ι. penultimæ in diphthongũ. Ideoq; υ. quoties id uult impedire, eliditur: ut in futuro τυποῦμαι, unde fit τυποίμην. Ideo quoq; præteritum deeſt, quando ante. μαι. indicatiui eſt alia conſonans: quia tunc effici nõ poteſt diphthongus. nempe interpoſito. ι. in τέτυμμαι, fieret τετυμμίμην. Porro ſubiũctiui præteritũ, quia uult formari ſicut cætera tempora ſui modi, ultima mutata in. μαι. et præpoſito. ω. deeſt in iiſdem uerbis propter inconcinnitatem: ne fiat. ſ. à τέτυμμαι τετυμμῶμαι, et itidem ab alijs. Ad hæc in uerbis habentibus. υ. ſolum in penultima, deſunt hæc duo præterita, ut in. λύω λέλυμαι, in optatiuo fit λελυμένος εἴην εἴης εἴη, in ſubiunctiuo λελυμένος ἐὰν ὦ ᾖς ᾖ. utrobiq; per circũloquiũ. Aduertendũ in ſecundis tantũ perſonis ſingularis ſubiunctiui. η. finali ſubſcribi. ι. ἐὰν τύπτωμαι τύπτῃ, præterquã in aoriſtis paſſiuis. qui quoniam hic, ſicut & in reliquis modis, literaturã uariationemq; actiuã fere tenent: & in ſecundis, & in tertijs inſtar actiuorũ. ι. habent ſubſcriptum, ἐὰν τυφθῇς τυφθῇ, τυπῇς τυπῇ, ſicut ἐὰν τύψω τύψῃς τύψῃ, τύπτω τύπτῃς τύπτῃ.

## De formatione participiorum vocis paſſiuæ. Cap. 36.

PAarticipia paſſiuæ vocis fiunt à primis perſonis ſuorũ temporũ indicatiui. μαι. vel. μην. vltimo mutato in. μενος. exceptis duobus aoriſtis, hoc modo. Præſens. à τύπτομαι ὁ τυπτόμενος. ἡ τυπτομένη. τὸ τυπτόμενον. Præteri. à τέτυμμαι ὁ τετυμμένος. ἡ τετυμμένη. τὸ τετυμμένον, acuta penul. Aoriſti à ſecũdis perſonis extrema in. εις. oxytonum, vt ab ἐτύφθης ὁ τυφθείς. έντος. ἡ τυφθεῖσα. είσης. τὸ τυφθέν. έντος. ſic ab ἐτύπης ὁ τυπείς. &c. Aoriſti medii ſicuti præſens, vt ab ἐτυψάμην ὁ τυψάμενος, ab ἐτυπόμην ὁ τυπόμενος. Futura omnia ſimili modo, vt à τυφθήσομαι τυφθησόμενος, à τυπήσομαι τυπησόμενος, à τετύψομαι τετυψόμενος, à τύψομαι τυψόμενος, à τυποῦμαι τυπούμενος.

SCHOL. Deſinẽtias participiorũ actiuorũ paſſiuorũ & mediorũ à uerbis barytonis circũflexis & in. μι. paruo negotio in unũ omnes colliget, qui uolet, ex hoc lib. et ex ſuperiori.

## De verborũ circũflexorũ coniugationib9. Cap. 37.

VErba ſextæ coniugationis barytonorũ finita in. εω. αω. οω. cõtrahũtur in omnibus præſentibus & in paratatícis. ac deinde in tres coniugationes diſtinguntur. quas circũflexorũ ideo appellant, quod facta contractione reſultat vltimũ. ω. circũflexum ex barytono. Prima habet formatiuam. ε. quã in futuro fere mutat in. η. vt ποιέω ποιῶ, παρατ. ἐποίεον ἐποί-

ουν, fu



ουν, futu. ποιήσω. Secundæ formatiua eſt. α. quæ itidem in futuro plærũq; vertitur in. η. vt βοάω βοῶ. παρατ. ἐβόαον ἐβόων. futu. βοήσω. Tertiæ. ο. quod tranſit in. ω. vt χρυσόω χρυσῶ. παρατ. ἐχρύσοον ἐχρύσουν. futu. χρυσώσω.

SCHOL. E uerbis, ſicuti & è nominibus, uoces contractæ, ubi ſunt, in uſum cõmunem recipiuntur: reliquæ uero incontractæ Ionibus relinquũtur. Quinq; ſunt ſynæreſes primæ coniugationis, quæ ſemper coaleſcunt ex. ε. præcedenti. q. ſi ſequatur lõga in ipſam fiet cõtractio, ut ποιέω ποιῶ, ποιέεις ποιεῖς, ποιέουσι ποιοῦσι. et in optatiuo ποιέοιμι ποιοῖμι. et in ſubiũctiuo ποιέῃς ποιῇς. Si uero ſequens ſit. ε. ſemper contractio fiet in. ει. ποιέετον ποιεῖτον. ſi. ο. in. ου. ποιεόμεθα ποιούμεθα. Secundæ coniugationis contractiones ex. α. præcedente fiunt, aut in. ω. aut in. α. quoties enim ſequitur. ω. uel. ο. ſolũ ſiue in diphthongo, fit in. ω. ut βοάω βοῶ βοαόμεθα βοώμεθα, βοάουσι βοῶσι, βοάοιμι βοῷμι: alias in. α. ut βοάετον βοᾶτον. ſubſcribitur autẽ. ι. in uoce contracta, cum in integra fuit in diphthongo, ut βοάεις βοᾷς, βοάοιμι βοῷμι, ἐὰν βοάῃς βοᾷς. Deniq; in locis ubi in prima coniugatione contractio fit in. ει. in ſecunda fit in. α. ubi autẽ illic in aliud quidpiã, hic fere in. ω. Tertiæ cõtractiones ſũt tres, uidelicet in. ω. quoties ſequitur. ω. aut. η. ut χρυσόω χρυσῶ, ἐὰν χρυσόητε χρυσῶτε. in. ου. ſequente. ο. ου. uel. ε. ut χρυσοόμεθα χρυσούμεθα, χρυσόετε χρυσοῦτε, χρυσόουσι χρυσοῦσι. in. οι. ſequente diphthõgo cum. ι. ut χρυσόεις χρυσοῖς, ἐὰν χρυσόῃς χρυσοῖς. Et omnino ubi in prima coniugatione contractio fit in. ω. hic quoq; fit in. ω. alias in. ου. exceptis paucis in. οι. Hæc autem minuta, in quibus ſubinde literæ uariantur, tyroni abijcienda neutiquã ſunt: imo crebrius repetenda, quo plus habuerint inconſtantiæ.

## De formatione tẽporũ verborũ circumflexorũ. Cap. 38.

FVturum formari poteſt à themate barytono, poſito. σ. ante. ω. et mutata formatiua vocali, ſicut in augmẽtis mutari ſolet: nempe. ε. et. α. in. η. et. ο. in. ω. ſic ποιέω ποιήσω, βοάω βοήσω, χρυσόω χρυσώσω. Excipiuntur diſſyllaba in. εω. quæ fere accipiunt. υ. in diphthongum, vt νέω νεύσω, πνέω πνεύσω, πλέω πλεύσω, ῥέω ῥεύσω. De quibus eſt etiam notandum, quod in præſentis & paratatici primis perſonis ſingularium & pluraliũ, & in tertiis pluralium non contrahũtur, ſed neq; in vlla perſona optatiui aut ſubiunctiui. Dicimus enim πλέω non πλῶ, πλεόμεθα non πλούμεθα, πλέουσι non πλοῦσι. &c. Excipiuntur quoq; τελέω. ὀλέω. καλέω. ἀρκέω. αἰνέω. κορέω. ἔω. φρονέω. πονέω. αἰδέω. φορέω. νεικέω. et ſi qua ſunt alia, quæ. σ. tantum interpoſito faciunt futurũ per. εσω. τελέσω. ὀλέσω. &c. Simili modo eorum cõpoſita ἐπιτελέω ἐπιτελέσω. &c. Item excipiuntur ſecũdæ coniuga

tionis. φυράω φυράσω, πεϱάω πεϱάσω, ἐράω ἐράσω, ἐλάω ἐλάσω. χαλάω χαλάσω, γελάω γελάσω, δράω δράσω, κλάω κλάσω, φλάω φλάσω, θλάω θλάσω, σπάω σπάσω, ἀκροάομαι ἀκροάσομαι. Et habentia. ε. vel. ι. ante. α. vt ἐάω ἐάσω, κοπιάω κοπιάσω. Item tertiæ ἀρόω ἀρόσω, ὀνόω ὀνόσω, ὀμόω ὀμόσω, βόω βόσω. Tēpora indicatiui & aliorū modorū, tam actiua, q̃ etiā paſſiua, excepto hoc futuro, formari debēt iuxta regulas iā traditas de formatione barytonorum. vt à ποιήσω fit πεποίηκα ἐποίησα. Item à πεποίηκα ἐπεποιήκειν et πεποίημαι. deinde ab hoc, ἐπεποιήμην et ἐποιήθην. et ſic de cæteris. Deſunt aūt hic fere, ſicut alias ī ſexta quoq; barytonorū, preteritū medium, & aoriſtus ſecūdus, & quæ ab eis formāda erant, ideſt mediū pluſq̃ perfectū & futurū ſecūdū: quæq; inde exire ſolent in alios modos. Aliquādo tamē reperiūtur hæc vna ſyllaba imminuta, vt à δουπέω δουπῶ δουπήσω δεδούπηκα, mediū præteritū eſt δέδουπα, aoriſtus. 2. ἔδουπον. ſic à μυκάω μυκῶ μεμύκηκα, fit præteritū μέμυκα, et aoriſt. ἔμυκον. In verbis autem tertiæ coniugationis nunquā hæc tempora reperiuntur. Præterea futurum ſecundum in contractis omnibus deſideratur.

*SCHOL. Cōtractio ideo in ſolis præſentib⁹ & parataticis horū uerborū fit: q̄a ibi tātū habet locū, ultimis. ſ. ſyllabis pure deſinētibus: q̄d in alijs tēporib⁹ nō cōtingit: quippe cū oīa uocalē penultimā futuri ſeruent, ac deinceps ſuā q̄q; conſonantē formatiuā. ut πεποίηκα, κ. ἐποίησα. σ. &c. Annotātur uerba quæpiā primæ habētia ſingula duplex futurū in. εσω. et. ησω. αἰνέω αἰνέσω καὶ αἰνήσω. ſic καλέω. φρονέω. κορέω. φορέω. Mediū præteritū, et reliqua tria tēpora idcirco hic deſunt, ne in hiatū & cacophoniā incidatur. qua ratione fere deſiderātur in reliquis etiam uerbis ſextæ. Nā quū formatiua, quā mediū præteritū uult ſemp habere ante. α. ultimū, & aoriſtus. 2. ante. ον. ſit in hac cōiugatione uocalis: ſi inde formarētur, reſultaret ultima pura, ac proinde male ſonās cū præcedēti. Ceterū in q̄bus uerbis. ω. thematis, cū contractū eſt, nō euadit purū, formātur nōnunquā ea tēpora p ſyncopen: præteritū quidē ab actiuo remotis formatiua. κ. et. η. hāc præcedēte. ut à δουπῶ δεδούπηκα, fit δέδουπα: aoriſtus uero ſecūdus à primo ἐδούπησα, remotis ſimiliter. ης. ultimaq; ut ſolet, uerſa in. ον. ἔδουπον. Cuiuſmodi aoriſti frequēter legētibus occurrūt, ut à βλαςῶ ἔβλαςον, ab ἁμαρτῶ ἤμαρτον, ab εὑρῶ εὗρον. ubi nō reqritur iā penultima breuis. In alijs modis & in participijs formāda erunt tēpora quæ cōtrahuntur, à pſonis incōtractis ſuorū reſpondentiū, ſecundū regulas de barytonis traditas: quæ uero nō contrahūtur, à reliquis quæ contrahi nequeūt, iuxta eaſdem regulas. Sic præſens imperatiui à paratatico, ἐποίεον ἐποίεες ἐποίεε, remoto augmento, à tertia pſona, fit ποίεε ποίει. Item πεποίηκε πεποιηκέτω præteritū, à tertia ſui præteriti πεποίηκα πεποίηκας πεποίηκε. et ſimiliter in cæteris, atq; itē in uoce paſſiua. In infinitiuis cōtractis in. αν. nō ſubſcribitur. ι. formātur enim à parataticorū tertia, ubi nihil eſt ſuſcriptū. ut ἐβόα ἐγέλα. &c. addito. ν. βοᾶν γελᾶν, ultima circūflexa. Subiūctiui uero paſſiui præſens circūflectit penultimā, ſicuti etiā præteritū, ἐὰν ποιῶμαι πεποιῶμαι. quare facili⁹ fiet à ſuo cōtracto, ἐὰν ποιῶ, addito. μαι. Participiorū cōtractio, in prima q̄dē cōiugatione fit in. ου. excepto recto maſculini actiui: q̄ coaleſcit in. ω. ut ὁ ποιέων ποιῶν, τοῦ ποιέοντος ποιοῦντος, τῷ ποιέοντι ποιοῦντι. ἡ ποιέουσα ποιοῦσα, τῆς ποιεούσης ποιούσης. τὸ ποιέον ποιοῦν, τοῦ ποιέοντος ποιοῦντος. ſic ὁ ποιεόμενος ποιούμενος. ἡ ποιεομένη ποιουμένη. τὸ ποιεόμενον ποιούμενον. In ſecūda in. ω. ὁ βοάων βοῶν, τοῦ βοάοντος βοῶντος. ἡ βοάουσα βοῶσα, τῆς βοαούσης βοώσης. τὸ βοάον βοῶν, τοῦ βοάοντος βοῶντος. Item ὁ βοαόμενος βοώμενος. ἡ βοαομένη βοωμένη. τὸ βοαόμενον βοώμενον. In tertia fere ſicut in prima, ὁ χρυσόων χρυσῶν, χρυσόοντος χρυσοῦντος. &c.*



## De quatuor coniugationibus verborū finitorū in. μι. Cap. 39.

ENōnullis verbis ſextę oriunt̃ alia deſinētia ī. μι. quorū q̄tuor ſunt cōiugationes hac ſerie. Prima eorꝶ q̄ formant̃ à finitis in. εω. vt à τιθέω τιθῶ. ε. mutato ī. η. et. ω. ī. μι. fit τίθημι. Secūda eorꝶ q̄ fiūt à verbis ī. αω: eodē modo. α. in. η et. ω. in. μι. vt ab ἱςάω ἱςῶ, ἵςημι. Tertia eorū q̄ fiūt à verbis ī οω: ω. ſimilr̄ mutato ī. μι. et. ο. in. ω. vt à διδόω διδῶ, δίδωμι. Quarta quorūdā formatorū à verbis in. υω. mutato tantū. ω. in. μι. vt à ζευγνύω ζεύγνυμι.

De verbis habentibus poſt ſe datiuũ. Cap. 8.

SIt tertia ſpecies ſimplicis trãſitionis habẽtiũ poſt ſe datiuũ, vt propriũ. Qualia ſũt neutra & deponẽtia, q̃ cõmodũ & gratiã, q̃q; incõmodũ & repugnãtiã vtcũq; ſignificant, vt Χρῶμαι. Iſocra. χρῶ τοῖς βελτίστοις. vtere optimis. Λατρεύω. Lucia. ταύτῃ μόνῃ λατρεύειν διέγνωκε. huic ſoli ſeruire decreuit. Ἕπομαι. ἕπου χώρας τρόποις. ſequere regionis mores. Πιστεύω. Dion. μὴ τοίνυν πίστευε τοῖς εὐνοεῖν φάσκουσι, ne igitur fidẽ habeas iis, q ſeſe tibi amicos eſſe dictitant. Βοηθῶ. Philip. apud Demoſth. ἀκούων δὲ καὶ ὑμᾶς παρασκευάζεσθαι βοηθεῖν αὐτοῖς. audiẽs autẽ, vos etiã id moliri, vt ipſis ſuppetias feratis. Ὑπακούω. Demoſth. ἑτοίμως ὑπηκούσατε τῷ Φιλίππῳ. prõpte auſcultaſtis Philippo. Μάχομαι. adag. ἀνάγκῃ οὐδὲ θεοὶ μάχονται. neceſſitati ne dii qdẽ repugnant. Ἐπιβουλεύω. Ariſtoph. ἐπιβουλεύουσί τε τῷ πλήθει, καὶ τῷ δήμῳ πολεμοῦσι. inſidiãturq; multitudini, & aduerſus plebem pugnant. Φθονῶ. Heſio. καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει. et mendicus mendico inuidet. Sic μὴ ἔριζε γονεῦσι κἂν δίκαια λέγῃς. ne contende cum parentibus, etiam ſi vera dicas. Item ἀτυχοῦντι μὴ ἐπιγέλα, miſero ne illuſeris. ἐπαγγέλλου μηδενὶ, nulli promittito. νόμοις πείθου, legibus obtẽpera. πᾶσιν ἄρεσκε, omĩbꝰ place. Itẽ ἐπιστέλλω mitto. χαρίζομαι gratificor. ὑπισχνοῦμαι polliceor. δίδωμι do. πέμπω mitto. λέγω dico. ἀπαγγέλλω nũtio. κελεύω iubeo. ἐπιτάττω σημαίνω, σοὶ. impero tibi. ἀκολουθῶ ſequor. ἀπειθῶ diffido. εἴκω cedo aſſimilo. ὑπηρετῶ δουλεύω miniſtro, σοὶ tibi. ἐπιτιμῶ ἐπιπλήττω σοι increpo te. Ἐναντιοῦμαι aduerſor. ἀντιλέγω cõtradico. ἀνθίσταμαι reſiſto. παλαίω contendo. ἀμφισβητῶ certo. ἀπειλῶ minor. ὀργίζομαι ſuccẽſeo, σοὶ tibi. & attice μέμφομαι ὀνειδίζω λοιδοροῦμαι ἐνοχλῶ σοι.

SCHOL. *Et ſi ex ui acq̃ſitionis datiuꝰ, præter propriũ caſũ cuilibet uerbo adiũgi poſſit, tñ uerba huiꝰ ſpeciei proprie et peculiariter illũ expetũt, q̃dã ſolũ, alia nõ ſolũ. Pertinent autẽ huc ſignificãtia uſũ gratiã opẽ obſequiũ ſeruitutẽ iuſſionẽ nũciũ fiduciam credulitatẽ ſimilitudinem repugnantiã increpationẽ inſidias inuidiã. et ſimilia.*

De generali verb. cõſtruct. cũ altero caſu præter principalẽ. Cap. 9.

SVperioribꝰ addi poteſt quarta ſpecies cõpoſita, nimirũ eorũ q̃ præter principalẽ ac ꝓpriũ obliquũ, aliũ q̃q; ſibi patiũtur adiũgi. Horũ q̃dã accuſatiuũ deſiderant, vt Διατίθημι. Demoſth. κακῶς τοὺς Ἕλληνας ἔχοντας πρὸς ἑαυτοὺς καὶ στασιαστικῶς, ἔτι χεῖρον διέθηκε. Ἀπαιτῶ. Idẽ. μισθοὺς αὐτὴν ἀπαιτοῦντος. mercedẽ ab ipſa quũ expoſceret. Ἐλέγχω. Aeſch. τέλη τῆς πα

ρα πλέοντας ἐξέλεγον. vectigal à nauigantibus exigebant. Ὑπομιμνήσκω. Demoſth. ἀναγκαῖον ὑπολαμβάνω, μικρὰ τῶν γεγενημένων πρῶτον ὑμᾶς ὑπομνῆσαι. neceſſariũ duco paucorum ex iis quæ geſta ſunt, vos primũ admonere. Sic διδάσκω doceo. ἀφαιροῦμαι aufero. ἀποδύω exuo. Pari forma δέομαί σου τὰ δίκαια. oro te iuſta. ἀκούω σου τὸν λόγον. audio ex te ſermonẽ. εὐαγγελίζομαι ὑμῖν χαρὰν μεγάλην. annũcio vobis gaudiũ magnum. ἐπέταττεν αὐτοῖς δεινά. imperabat ipſis grauia, et ſimilia.

Ad hæc cuilibet verbo ſubiũgi poteſt accuſatiuꝰ per ſynechdochen, ſubaudita videlicet præpoſitione κατά. Vnde tales conſtructiones defectiuas appellant, quæ perq̃ familiares ſunt græcis, non poetis tantũ, ſed oratoribus quoq;. Simili modo, vbi duratio tẽporis denotatur. vt apud Demoſthe. οἱ χρηστοὶ πρέσβεις οὗτοι καθῆντο ἐν Μακεδονίᾳ τρεῖς ὅλους μῆνας. Iſti boni legati ſederunt in Macedonia totos tres menſes. i. κατὰ τρεῖς, &c. Idẽ ὥστε ἅπαντα τὸν βίον ὑπεύθυνος εἶναι ὁμολογῶ. fateor itaq; me per omnẽ vitam eſſe obnoxiũ. Et quũ citra durationem ſpaciũ tẽporis deſignatur. Idẽ κατέπλευσαν δεῦρο, τρίτον ἔτος, οὗτός τε καὶ Παρμένων. huc enauigarunt hic & Parmano tertio poſt id anno. Idem. ἐξῆλθον ἔτος τουτὶ τρίτον. exili annũ ab hinc tertiũ. Itẽ quũ ſpaciũ loci. Thucyd. ἀπέχει δὲ ἡ Πλαταιὰ τῶν Θηβῶν σταδίους ἑβδομήκοντα. abeſt aũt Platæa Thebis ſtadia ſeptuaginta.

Alia poſt caſum principalẽ genitiuũ deſiderant, ſubaudita præpoſitione ἐν, vel aduerbio ἕνεκα. quę cõſtructio ſimiliter dicit̃ defectiua. Qualia ſunt, abundantiã aut inopiã ſignificantia, vt πληρῶ τὸ ἄγγος οἴνου, impleo vas vino. γεμίζω τὴν φιάλην ὕδατος, repleo phialã aqua. ἐκένωσα τὸν οἶκον κλεπτῶν, vacuã feci domũ furibus: ideſt ἐκ τοῦ οἴκου ὕδατος κλεπτῶν. Item ſeparationẽ & prohibitionẽ. vt γυμνῶ σε τῶν ἱματίων, denudo te veſtibus. λύω σε τῶν δεσμῶν, ſoluo te vinculis. διώκει με τῆς κληρονομίας, repellit me ab hæreditate. ἐλαύνω σε τῆς οἰκίας, expello te domo. εἴργω σε φόνου, cohibeo te à cæde. ἐκώλυσεν αὐτὸν τοῦ αἰσχροῦ, retraxit eum à turpitudine. ἔπαυσά σε πόνου, liberaui te labore. Item quæ impartiri ſignificant. vt κοινωνῶ σοι τῆς παιδείας, cõmunico tibi doctrinam. μετέχω σοι τῶν χρημάτων, impartio tibi pecunias. Itẽ quũ alicuius pars ſignificatur aut materia. vt κρεμῶ σε τοῦ ποδός, ſuſpendo te pede. λύκον τῶν ὤτων κρατῶ, lupum auribus teneo. λίθου λευκοῦ ἐποίησε τὸν νεών. è candido lapide templum edificauit.

Et generaliter quũ cauſam adiicimus laudis amoris miſericordiæ accuſationis odii, & ſimiliũ. Phalaris. τότε δὴ τῆς τέχνης αὐτὸν ἐπαινέσαντες, τῶν

τρόπων



τρόπων ἐτιμωρούμεθα. tunc demũ eum ob artem laudantes, morum cauſa mulctabamus. i. ἕνεκα τῆς τέχνης, καὶ ἕνεκα τῶν τρόπων. Andocides. ἐγὼ οὖν τῆς μὲν τύχης, ᾗ ἐχρησάμην, δικαίως ἂν ὑπὸ πάντων ἐλεηθείην. ego merito omniũ miſericordiã merebor, ob fortunam qua vſus ſum. Sic ζηλῶ σε τῆς ἐλευθερότητος. admiror te ob libertatem. εὐδαιμονῶ σε τῆς παῤῥησίας. beo te propter obloquendi audaciã. ἀξιῶ σε τιμῆς. dignor te honore. φιλεῖ αὐτὸν τῆς ἀρετῆς. amat eum ob virtutẽ. συγγινώσκω σοι τῆς ὕβρεως. ignoſco tibi cõtumeliã. κατηγόρει αὐτὸν φόνου. accuſabat eũ cędis. μέμφεταί σοι ἀχαριστίας. inſimulat te ingratitudinis. βασκαίνει μοι τῆς χάριτος. inuidet mihi gratiã.

Poſſũt iter hæc recẽſeri q̃ pmutationẽ aut preciũ ſignificãt. Helio. χρυσᾶ χαλκείων ἠλλάξατο. aurea ęreis pmutauit. Lucia. πόσου πρίωμαί σε; quãti te emã? Aeſch. αἵματός ἐστιν ἡ ἀρετὴ ὠνία. ſanguine virtꝰ cõparatur. In qbus et aliis eiuſmodi, ſunt q prępoſitionẽ διὰ putent ſaubadiri, vt integra ſint, διὰ χαλκείων, et διὰ πόσου. Præterea generali ratione cuilibet verbo genitiuꝰ addi poteſt, quoties certũ tẽpꝰ ſignificatur. Hippoc. αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται φύσει. vẽtres hyeme & vere natura calidiſſimi ſunt. Thucyd. χειμῶνος ἤδη ἀνεχώρησαν. hyeme appetẽte regreſſi ſũt. Itẽ quũ tẽpꝰ ſine duratione. Ariſtoph. πολλοῦ γὰρ αὐτοὺς οὐχ ἑώρακα χρόνου. nã longo tẽpore eos nõ vidi. Philipp. apud Demoſth. τοῦ λοιποῦ πειράσομαι κἀγὼ διαφυλάττειν τὴν εἰρήνην. Pro quo datiuꝰ ſimili modo ponitur. Thucyd. ὑστέρῳ χρόνῳ ἐπὶ Τροίαν ἐστράτευσαν. inſecutis tẽporibꝰ in Troiã exercitũ duxerunt. Idem τῇ αὐτῇ δὲ ἡμέρᾳ αὐτοῖς ξυνέβη, eadem autem die ipſis euenit.

Datiuus vniuerſaliter adiũgi poteſt cuiuis verbo per modũ acquiſitionis gratiæ aut dãni. vt διδάσκω σοὶ τὸν υἱόν, doceo tibi filiũ. Plutar. εἰσὶ δ᾽ αὐτῷ ποιήσεις δύο. ſunt autem ipſi (Homero. ſ.) poemata duo. Itẽ per modũ inſtrumenti. vt πορεύου ἀγαθῇ τύχῃ. abi bona fortuna. πάσῃ δυνάμει σοὶ βοηθήσω. totis viribus tibi opem ferã. τῷ ξίφει ἐπάταξε, gladio pcuſſit. ἄχθεται τοῖς δεινοῖς, dolet aduerſis. ἐζημίωσεν αὐτὸν θανάτῳ. mulctauit eum morte. ἐστεφάνωσε χρυσῷ στεφάνῳ. coronauit aurea corona.

SCHOL. *Accuſatiuus per defectũ præpoſitionis* κατὰ *paſſim occurit cuiuis uerbo cõiunctus. Lucia.* ἐστέφαι τὰ ὀλύμπια. *coronatus es in Olympijs. Idem.* οἴει γὰρ ἐσαεὶ διονύσια ἑορτάσειν. *putas te perpetuo Bacchanalia celebraturũ. Syneſius.* ἀτυχῶ δὲ πολλά, καὶ ὅσα ἄνθρωπος ἀτυχῆσαι δύναται. *infortuniorũ patior plurimum, quantũq; pati homo poteſt. Interdum etiam cum altero accuſatiuo, quem uerbum exigit, inculcatur. Idẽ.* ταῦτα θεούς, ταῦτα ἀνθρώπους μαρτύρομαι. *hæc apud*

deum & apud homines teſtor. Iſocra. μετὰ τὴν μάχην ἣν ἐνίκησαν Θηβαῖοι Λακεδαιμονίους, poſt pugnã in qua Thebani Lacedæmonios deuicerunt. Quin & aliquoties geminatur, ut in epigrãmate. Antipatri. ἄνδρας ἐνίκα πυγμὴν ἐνίκα Νικοφῶν Ὀλύμπια. uiros quoties pugillatu uincebat Nicophon Olympijs. Aeſchi. θῶεσθε δή μοι μικρὸν χρόνον τὴν διάνοιαν μὴ ἐν τῷ δικαστηρίῳ, ἀλλὰ ἐν τῷ θεάτρῳ. eſtote nũc mihi pauliſper mente, nõ in iudicio, ſed in theatro. hoc eſt κατὰ μικρὸν χρόνον et κατὰ τὴν διάνοιαν. Genitiuus adiectiuorum abſolute poſitus temporis articulũ inſtantẽue occaſionẽ definit. ut μικροῦ ἐξέφυγε. parũ abfuit quin effugeret. μικροῦ διῆλθε. fere euaſit. Item ὀλίγου δεῖν. ferme. Aduertendum uero, ꝙ ſpreto proprio caſu uerbi, ſæpe in tertio aut etiam ſecundo loco caſus ſpeciei compoſitæ ſubijcitur. ut πολλοῦ ἐπρίατο. διδάσκει τὰ μαθηματικά. ἔδωκε τὰ χρήματα. πίνει τὸ ὕδωρ. et χρυσᾶ ὄρη ὑπισχνεῖσθαι.

## De aliis verborũ & infinitiui cõſtructionib⁹. Cap. 10.

QVintã ſpeciẽ addere licebit: quoties verbũ particulis indeclinabilibus aut infinitiuis adhæret. Cõiũctionib⁹ qdẽ. vt ἐπειδὴ ταῦτα λέγει. quãdoqdẽ hæc dicit. ἵνα δόξῃ εὔνους εἶναι. vt appareat eſſe beneuol⁹. Itẽ aduerbiis. vt καλῶς ποιεῖτε, benefacite. μαλακῶς ἔχει, lãguide habet. Itẽ ꝑpoſitionib⁹ ꝑ appoſitionẽ, vt in illo Dioge. ἀσπὶς παρ' ἐχίδνης φάρμακον δανείζεται. aſpis à vipera venenũ mutuatur. ἠσέβησεν εἰς τὴν μητέρα. ἦλθε πρὸς αὐτόν. et ꝑ cõpoſitionẽ. ψιθυρὸν ἄνδρα ἔκβαλε τῆς οἰκίας. Itẽ infinitiuis, vt βούλεται πίνειν, vult bibere. ᾤετο δεῖν, rat⁹ eſt oportere. ἐπίσταται ζωγραφεῖν. nouit pingere. ἐκινδύνευσεν ἀπολέσθαι, fere periit. Alias etiã aliis multis verbis ſubiici poteſt infinitiu⁹: quũ videlicet indicat̃ finalis cauſa. vt ἔγραψά σοι, ἐλθεῖν πρὸς ἐμέ. ſcripſi tibi, vt ad me venires. aut quãdo ſpecies rei. vt οἶδα αὐτὸν ἐρεῖν. ſcio illũ dicturũ. Spectãt autẽ ad cauſam finalẽ verba imprimis deſideratiua & volũtaria, cũ aliis multis: ad ſpeciẽ vero ea peculiariter quæ narrare ſcire opinari iurare ſperare timere & polliceri ſignificant.

Ad hæc infinitiu⁹ mod⁹ ante ſe accuſatiuũ plærũꝗ expoſcit: aliquãdo nominatiuũ. Aeſchi. ὅταν φῇ δημοτικὸς εἶναι. quãdo dixerit eſſe popularis. Demoſth. ὡς ἐκ τοῦ πρότερος λέγειν ὁ διώκων ἰσχύει. qb⁹ eo præſtat accuſator, ꝙ prior dixerit. Idẽ ὥστε πάντα ποιεῖν αὐτός, vt oĩa ipſe effeceris. Itẽ genitiuũ. Plato. ᾐσθόμην αὐτῶν διὰ τὴν ποίησιν οἰομένων, καὶ τἆλλα σοφωτάτων εἶναι ἀνθρώπων. Sẽſi eos ob poeſin arbitrãtes, etiã in aliis ſe eſſe ſapiẽtiſſimos. Et datiuũ. Aeſch. τούτῳ μὴ ἐξεῖναι πορθμεῖ γενέσθαι. huic nõ licere portitorẽ eſſe. Adnotãt qdã recte dici. βούλομαι vel βούλει vel βούλεται ἀγαθὸς εἶναι:



nõ tamẽ βούλομαι ἐμὲ εἶναι ἀγαθόν, ſed σὲ vel ἐκεῖνον εἶναι ἀγαθόν. Poſt ſe eãdẽ cõſtructionẽ habet infinitiu⁹ quã verbũ ſuũ. Ariſtoph. μετέχειν ἀνάγκη τὸν θεράποντα τῶν κακῶν. neceſſe eſt ſeruũ participem malorum eſſe.

Poterit ergo cõſtructio multiplicari ꝑ hęc loca, & ꝑ reliq̃ generalia ſpecialib⁹ addita. vt ſi dicam⁹. ἐπέσταλκά σοι ἐχθές, ἄλλα τε πολλὰ ποιεῖν, καὶ πάντα τρόπον ὠνεῖσθαί μοι ἵππον καλὸν εἰς τὴν ἑορτήν, τῶν δισχιλίων δραχμῶν, ἃς τῇ ἐμαυτοῦ χειρὶ ἔδωκα τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ Φιλίππῳ τῷ ὑπηρέτῃ σου.

SCHOL. Infinitiui plurimus eſt uſus apud græcos. Nã & cũ articulo neutro uicẽ ſupplet noĩs, ſic τὸ τοῦ τῷ τὸ πλουτεῖν. ideſt diuitiæ. arũ. ijs. as. Determĩatur autẽ à noĩe, ut πρόθυμος ποιεῖν, δίκαιος ἔχειν. à participio, ut θέλων λέγειν. à ſeipſo, ut οἶδα αὐτὸν δύνασθαι λέγειν. ab aduerbio, ut πρὶν ἐλθεῖν. et cõiũctione addita, πρὶν ἂν ἐλθεῖν. Itẽ à ꝑpoſitione, ut πρὸς τὸ λέγειν. et à uerbis quã plurimis. Cæterũ quãdo ſpecies ſignificatur, locari ſolet in præſenti. ut φασὶ τὸν βασιλέα ἀποδημεῖν. i. ὅτι ἀποδημεῖ. itẽ in præterito ἀποδεδημηκέναι. et in futuro ἀποδημήσειν. niſi ꝙ quũ uerbũ rẽ futurã innuit, in futuro ſolũ illi ſubijcitur. ut ὑπισχνοῦμαι δώσειν, ἐλπίζω ὄψεσθαι, μέλλω δράσειν. ubi etiã μέλλω δρᾶν dr̃. Quãdo finis ſignificatur, in p̃ſenti aut indefinito. ἔγραφόν σοι πέμπειν uel πέμψαι. ἐπεθύμησα ὁρᾶν, ἢ ἰδεῖν σε. βούλει διδόναι uel δοῦναι. Huic autẽ finali formæ nõnunq̃ maioris euidẽtiæ gratia interponũtur particulæ ὥστε, ἐφῶ, ſic ὥστε πέμπειν, ἐφῶ πέμψαι. Itẽ τοῦ πέμψαι. ſubaudito ἕνεκα. Demoſt. ἆρά γε μικρὰ βοηθῆσαι τοῖς πένησιν, ὑμῖν δοκῶ; ἢ μικρὰ ἀναλῶσαι ἄν, τοῦ μὴ τὰ δίκαια ποιεῖν ἐθέλειν οἱ πλούσιοι; parũ ne uideor uobis auxiliat⁹ pauperib⁹? an pauca putatis erogaturos fuiſſe diuites, ne iuſta exequerẽtur? i. ἕνεκα ἢ ἐκ τοῦ μὴ ἐθέλειν ποιεῖν: qđ ualet διὰ τὸ uel ἐπὶ τῷ μὴ ἐθέλειν. ꝙ nolent. Itẽ cũ articulo datiui κατ' ἔλλειψιν ꝑpoſitionis finẽ cauſãue ſignificãtis. Idẽ οὐ τοίνυν μόνον τῷ μὴ καθυφεῖναι ταῦτα σεμνύνομαι, οὐδὲ τῷ γραφεὶς ἀποφυγεῖν. & nõ ergo ob id ſolũ glorior, ꝙ hæc nõ omiſerim, & ꝙ abſolut⁹ fuerim. ubi ſubauditur ἐπί, ut ſit ἐπὶ τῷ μὴ καθυφεῖναι, et ἐπὶ τῷ ἀποφυγεῖν. Deniq; infinitiu⁹ fere locũ habet poſt qduis uerbũ, quũ cauſa finalis inſinuatur. οὐκ ἦλθον καταλῦσαι ἀλλὰ πληρῶσαι. Vſurpatur etiã pro ĩperatiuo. Phocyl. μέτρῳ μὲν φαγέειν καὶ πιέειν καὶ μυθολογεύειν. mẽſura edito bibito & loq̃re. In qua dicẽdi figura aliq̃n accuſatiu⁹ illi adiũgitur. ut ĩ Pythag. ſymbolo. καθῆσθαι προσκυνήσαντας. interdũ noĩatiu⁹, ut ĩ alio. ἀναστὰς ἐξ εὐνῆς, συνταράττειν τὰ στρώματα. ſurgẽs è lecto ſtragula cõfundito.

## De ſyntaxi verb. paſſi. neutrorũ & alioꝝ ꝗrũdã. Ca. 11.

VErba paſſiua noĩatiuũ ante ſe hñt ꝑſonæ patiẽtis. poſt ſe vero fere genitiuũ ꝑſonę agẽtis cũ aliqua ꝑpoſitione ex his, πρὸς ἀπὸ ὑπὸ παρά,

extremis inuerſis. Deinceps in cæteris locis ſuorum actiuorum conſtructionem ſequūtur. Dicimus enim ἐδιδάχθη ὑπ' αὐτοῦ τὰ μαθήματα, et ἠγόρασταί μοι τὸ βιβλίον ἑπτὰ δραχμῶν, et τὰ χρήματα δέδοταί σοι παρ' ἐμοῦ πρίασθαι. Item ἀξιοῦμαι τιμῆς, ἐκδύομαι τὸν χιτῶνα. et ſimilia.

Præterea ex neutris ea quæ per ſe paſſiua dicūtur, paſſiuorū conſtructionem imitātur. vt πάσχει ὑπὸ τῆς νόσου. ἀπέθανεν ὑπὸ πυρετοῦ. ſic φθίνω ἐρῶ ἀλγῶ φρίττω πυρέττω ἐρυθριῶ νοσῶ. et alia. Quæ per ſe actiua, actiuorū. vt φεύγω καὶ λανθάνω σε. fugio & lateo te. ἀναβαίνω τὸ ὄρος, aſcendo montē. et ſimilia. Quæ vero abſoluta dicūtur, per ſe poni ſolent. vt πλουτῶ diteſco, ζῶ viuo, ὑγιαίνω valeo. Quin et quæcūq; tranſitiua abſolute poni queunt. vt ἐγὼ γράφω, σὺ ἀναγινώσκεις, ἐκεῖνος εἴρηκε, ἐρᾷ, βλέπει. Quædam etiā tranſitionē habent implicitā. vt μεταλλάττω τελευτῶ, cōmuto finio, ſubauditur, βίον vitam. i. obeo defungor. Alia cōtra ex abſolutis fiunt tranſitiua, ſignificatione etiam mutata. vt ἀνέστησα στήλην. erexi colūnam. ἀνέστησα δῆμον, cōcitaui plebem in ſeditionē. ἀνέστην vero. i. ſurrexi. Ad hæc actiua quædam paſſiue ſumūtur. vt ἀνακάμπτω reflector, μεταβάλλω mutor, ἀναλαμβάνω recreor. Subſtātiua alterū nominatiuū poſt ſe volunt. vt τυγχάνει περιπατῶν. ἐστὶν ἀγαθός. ὑπάρχει δίκαιος. Itē quæcūq; vocare ſignificant. vt ἀκούει πατήρ, vocatur pater. καλεῖται Ἰωάννης, nuncupatur Ioānes. Sic alia quædam rectū, eumq; vt plurimū participii deſiderantia. vt διατρίβει σπουδάζων, degit ſtudens. διατελεῖ λέγων, perſeuerat dicens. Reliqua neutra iuxta ſua ſignificata ad ſpecies ſuperiores referenda ſunt.

Cōmunia & media, quū actiue ſignificant, iuxta eaſdem ſpecies, vt actiua conſtruūtur: quū paſſiue, vt paſſiua. vt ἐργάζομαι τὴν γῆν. καὶ ἡ γῆ ἐργάζεται ὑπ' ἐμοῦ. Deponentia ad ſuperiores tranſitionū ſpecies referenda ſunt. niſi q̄ ὁλοπαθητικὰ, quia paſſiuorum ſignificationem habent, eorundem quoq; conſtructionem ſortiuntur. vt γίνομαι, οἴχομαι, κοιμῶμαι.

SCHOL. *Nominatiuus agens actiuæ uocis, ad paſſiuā tranſit in genitiuū cum præpoſitione: accuſatiuꝰ uero patiens, in noīatiuū. ut* ἐγὼ ἀγαπῶ τὸν ἀδελφόν. *ego diligo fratrē.* ὁ ἀδελφὸς ἀγαπᾶται ὑπ' ἐμοῦ. *Quanquā hoc perpetuū non eſt. Illa enim* ἐγχειρίζει μοι τὰ χρήματα, ἐπιτρέπει τὸν οἶκον, πιστεύει τὸν λόγον, *et ſimilia, uariari eleganter ſolent hoc modo.* ἐγχειρίζομαι τὰ χρήματα. ἐπιτρέπομαι τὸν οἶκον. πιστεύομαι τὸν λόγον. *quibus addi poteſt pſona agens,* ὑπ' αὐτοῦ. *Notandū uero præpoſitionē aliquando ſubtrahi. Iſocra.* ὁμοίως αἰσχρὸν νόμιζε, τῶν ἐχθρῶν νικᾶσθαι ταῖς κακοποιΐαις, καὶ τῶν φίλων ἡττᾶσθαι ταῖς εὐεργεσίαις.



*æque turpe puta, ab hoſtibus uinci maleſactis, & a b amicis ſuperari beneficijs.* Hi tamē *datiui pſonæ agēti tribui poterūt. quādoquidē pro genitiuo ſæpiſſime ponitur datiuus. ut apud Demoſth.* βαδιοῦμαι δὲ ἐπ' αὐτὰ ἃ πέπρακταί μοι. *pergā autē ad ea quæ à me geſta ſunt. i.* ἃ πέπρακται ὑπ' ἐμοῦ. *Porro inter uerba quæ rectū poſt ſe cū pſonæ reciprocatione habere queūt, illa licebit recēſere, quæ inceſſum & apparētiam ſuiq; oſtentationē præ ſe ferunt. ut* μετέωρος ἐπανέρχῃ. δρομαῖος ἦλθε. δοκῶ μοι ἥσυχος. τῷ γὰρ ἔρωτι, πολλάκις ὦ Πολύφαμε, τὰ μὴ καλὰ, καλὰ πέφανται, *apud Theocr. Notandū prætcrea uerbis paſſiue ſignificātibus maxime conuenire accuſatiuū per ſynechdochē. ut* τέτυπται τὸ πρόσωπον, *percuſſus eſt faciem,* ἀλγεῖ τὴν κεφαλήν. *dolet caput. Artemido.* ἔδοξέ τις ὑπὸ δράκοντος δεδῆχθαι τὸν ἕτερον τῶν ποδῶν. ὑπὸ τροχοῦ ἐπλήγη ἐν ὁδῷ τὸν αὐτὸν ἐκεῖνον πόδα, ὅνπερ ἐδόκει δεδῆχθαι. *Item neutra actiue ſignificantia in accuſatiuū figurate tranſire. ut* αἰσχρὰ φεῦγε. *turpia fuge. pro* δι' αἰσχρὰ, *ob turpia. Sic* ἀναβαίνω τὸν πύργον, *pro* εἰς τὸν πύργον. τρέχω τὸ στάδιον, *pro* κατὰ τὸ στάδιον. δέδοικα τὸν ἐχθρὸν, *pro* διὰ τὸν ἐχθρόν. φρονεῖ θνητὰ, *pro* κατὰ τὰ θνητά. *Item deponentiū præterita quādoq; paſſiue ſignificare, præcipueq; participia. ut* μεμηχανημένος ἐωνημένος πεπολιτευμένος. *quod idem de ipſorum aoriſtis diximus libro. 2.*

## De verb. diuerſarū ſpecierū manente eodem ſignificato. Cap. 12.

IDem verbū non mutata ſignificatione, variis quādoq; modis conſtructum reperitur. Exēpla ex multis pauca ſubiiciamus. Ἐπιλείπει μοι, καί με τόδε, hoc mihi deeſt vel me deſtituit. Μετέχω τόδε καὶ τοῦδε, participo hoc. Αἰσθάνομαι ψόφον καὶ ψόφου, ſentio ſtrepitum. Μέμνησο τὰ πραχθέντα καὶ τῶν πραχθέντων καὶ πράττειν, memēto factorū & facere. Δρέπομαι τὰ ἄνθη καὶ τῶν ἀνθέων, decerpo flores & è floribꝰ. Ὀσφραίνεταί τι καί τινος, olfacit quidpiā. Ἄρχει τῆς πόλεως καὶ τῇ πόλει, præeſt ciuitati. Προσκυνῶ τὸν θεὸν καὶ τῷ θεῷ, adoro deum. Βασκαίνω σοι καὶ σέ, inuideo tibi. Λοιδορῶ σοι καὶ σέ. conuitior tibi. Μέμφομαι τούτῳ καὶ τοῦτον, incuſo hunc. Θαρρῶ τούτῳ καὶ τοῦτον, confido huic & hoc. Ἐπέχω σε μαινόμενον, καὶ μὴ μαίνεσθαι, καὶ ἵνα μὴ μαίνῃ. p̄hibeo te inſanire & ne inſanias.

Λαγχάνει βουλεύειν vel βουλευτής. ideſt creatur & deſignatur ſenator. Φοιτῶ τῷ διδασκάλῳ, καὶ εἰς διδασκάλου, καὶ εἰς διδασκαλεῖον. frequēto ſcholā. Χαίρω τῇ, καὶ ἐπὶ τῇ εὐτυχίᾳ καὶ διὰ τὴν εὐτυχίαν σου. lętor fortunis tuis.

Ζημιῶ σε χρημάτων καὶ χρήμασι καὶ χρήματα καὶ εἰς χρήματα. mulcto te pecuniis. Sed hæc imēſum fuerit pſequi, p̄ſertim ſi p̄poſitionū caſus annumerētur. ſiquidē plæraq; verba in aliquē caſum cū p̄poſitione exire poſſunt.

Quædã ἀντιστρόφως. i. alterna vice dicũtur. vt Δωροῦμαί σε χρήμασι, dono te pecuniis, & σοὶ χρήματα, tibi pecunias. Ἀφαιροῦμαί σου τόδε, καὶ σὲ τοῦδε καὶ σὲ τόδε, καὶ σοὶ τόδε. aufero à te vel tibi hoc. ſic Ἄγαμαί σε τοῦ φρονήματος, et ἄγαμαί σου τὸ φρόνημα. Ἐπαινῶ σε τῆς εὐσεβείας, καὶ σοῦ τὴν εὐσέβειαν. Θαυμάζω σε τῆς ἀρετῆς, καὶ σοῦ τὴν ἀρετήν. Ὑπομιμνήσκω σὲ τῶνδε, et σοὶ τάδε. κατηγορῶ et καταγινώσκω σε θανάτου, et σοῦ θάνατον.

SCHOL. *Quædã cõſtructionũ differẽtiæ ex hic propoſitis atticæ ſunt, ut ἀφαιροῦμαί σε τόδε. et aliæ. Huc ptinent cõmunes multæ. ut βούλομαι δεῖπνον καὶ δειπνεῖν, uolo cœnã & cœnare. προσδοκῶ ἀπαλλαγὴν, καὶ ἀπαλλαγήσεσθαι τῆς νόσου. expecto liberationẽ & liberari à morbo. ἐλπίζω κρείττω διαγωγὴν, et κρεῖττον διάξειν. ſpero meliorẽ uitæ conditionẽ, & q. melius mecũ agetur. φοβοῦμαι θάνατον. metuo mortẽ, & τεθνήξεσθαι mori. εἵλετο τὸ πρᾶγμα et τοῦ πράγματος. et πρᾶξαι. elegit negotiũ & agere. ἐπιθυμῶ τροφῆς, καὶ τρέφεσθαι. cupio cibũ et cibo refici. ἐπίσταμαι τὰ μαθήματα, noui mathemata. & ἠπίστατο ταφόδια κατεσθίειν apud Ariſtoph. nouit cẽſus deuorare. et aliæ pene innumeræ. q̃ utilius ex autorũ pratis decerpẽtur, profuturæ nõ tantũ ad cõgruitatẽ elegãtiãq;, ſed ad copiã quoq; & ornatũ.*

## De verbis diuerſarũ ſpecierũ ob ſignificati mutationẽ. Cap. 13.

ADhuc alia ob ſignificati varietatẽ, interdũ varias ſortiunt̃ cõſtructiones. Qđ quidẽ dupliciter cõtingit. aut mutata ſignificatione in eadẽ voce: aut genere etiã mutato, ab actiua. ſ. in paſſiuam ſiue deponentem.

Prioris ordinis exẽpla eſſe poterunt, quæ ſequũtur. Ἀκούω σου, audio te vel obtẽpero tibi. ἄκουε ταῦτα vel τούτων, audi vel intellige ſiue mente cõcipe hæc. Itẽ ἀκούω παρὰ σοῦ τοὺς λόγους vel σοῦ τῶν λόγων, audio ſermones tuos. ἀκούω καλῶς, bene audio. i. laudor. ἀκούω κόλαξ. ideſt vocor adulator. μῆνις ἀκούει ὀργή, i. interpretatur, ſiue eſt ira. Ἀπορῶ τοῦτο, ignoro hoc. ἀπορῶ δὲ χρημάτων, egeo pecuniis. Ἐβασίλευσε τῆς ῥώμης, imperauit Rhomæ. ἐβασίλευσε τὸν υἱὸν, regẽ deſignauit filiũ. ſimiliter δεσπόζω ἐξουσιάζω ἡγεμονεύω σου καὶ σέ. Γίνομαι ἀσθενὴς, ſum vel fio imbecillis. πάντα ὀρθῶς ἐγένετο, omnia recte facta ſunt. πεντήκοντα ἐτῶν γέγονεν. et attice in accuſatiuo πεντήκοντα ἔτη γεγονὼς, quũ eſſet quinquagenariꝰ. γίνεται ἑαυτοῦ, liber & ſui iuris eſt. γίνεται ἐκείνου, illius ſeruꝰ, vel ſub poteſtate illius eſt. ἐγένετο ὑπὸ τοῖς πολεμίοις. peruenit in hoſtium poteſtatem. γίνομαι περὶ τὴν πόλιν, accedo ad ciuitatem. et ἡδέως ἐξ ὀφθαλμῶν σου γενοίμην, libenter è tuo conſpectu recederem. Εἰμὶ πένης, ſum pauper. εἰμὶ ἐπαινῶν, laudo. et cum genitiuo τῶν ἐπαινούντων εἰμί. ex iis ſum qui laudant. Item imper-



ſonaliter ad ſignificandum officiũ. Demoſth. ἦν μὲν τοίνυν τοῦ δικαίου πολίτου, τότε δεῖξαι, εἴ τι τούτων εἶχεν ἄμεινον. erat certe boni ciuis, tunc oſtendere, ſi quid his melius haberet. ἔστιν ἑαυτοῦ. ideſt eſt ſui iuris. ἔστιν ἐκείνου. eſt ſeruus illius. ἔστιν Ἰωάννου, eſt filius Ioãnis. ἔστι τῆς ῥώμης, eſt oriundus Roma, vel ciuis Romanus. Cum genitiuo etiam preciũ ſignificat. οὐδενὸς λόγου ἐστί. nullius pretii eſt. τὴν παῤῥησίαν τὴν σὴν οἴει τεττάρων ὀβολῶν εἶναι; maledicentiam tuam cenſes quatuor obolis eſtimandã? citatur apud Suidã, tametſi deprauate. vbi enim vulgati codices ſic habent. τεττάρων ὀβολῶν, ἐπὶ τῶν πολλῆς τιμῆς ἀξίων, ſic ſcribi oportuit, ἐπὶ τῶν ὀλίγης τιμῆς ἀξίων. Datiuo quoq; reperitur adiunctum. Demoſth. μηδὲν εἶναί σοι καὶ Φιλίππῳ πρᾶγμα. nihil tibi negotii eſſe cum Philippo. et iterum καὶ προσεποιοῦ φιλίαν καὶ ξενίαν εἶναί σοι πρὸς αὐτόν. et ſimulabas tibi amicitiam hoſpitalitatemq; cum illo intercedere. Item ἀσμένῳ μοι εἴη τόδε. ideſt ex ſententia & ad votum mihi hoc euenit. et eodem ſenſu, ἐμοὶ βουλομένῳ εἴη, et ἐμοὶ χαίροντί ἐστιν. ideſt ἀσμένως ἔχω, καὶ χαίρω. Item ἔστιν ἃ quædam. ἔστιν οὓς quoſdam. ἔστιν ὅτε aliquando. οὐκ ἔσθ' ὅπως μὴ, non poteſt fieri quin. οὐκ ἔστιν ὅτε, ideſt nunquã. οὐκ ἔστιν ὅπου neutiquã. ἔστιν ἰδεῖν, licet vel contingit videre. πρὸς ταῖς θυσίαις ἦσαν. ideſt ἔθυον, ſacrificabant.

Εἰσιέναι οἰκίαν vel εἰς οἰκίαν, eſt domum ingredi. εἰσιέναι εἰς πατέρα, conuenire patrem. εἰσιέναι τὴν ἀρχὴν, principatum inire. εἰσιέναι τοὺς τυράννους, agere tyrãnos & perſonã illorum ſubire. εἰσῆλθε vel εἰσῄει αὐτὸν, ipſi in mẽtẽ venit, & ſuſpicatus eſt. εἰσιέναι quoq; vel εἰσελθεῖν, eſt ingredi tribunal & reũ eſſe: idq; modo abſolute, modo addito accuſatiuo, vt γραφὴν εἰσῆλθεν, accuſatus eſt: aut genitiuo, vt εἰσῆλθε παρανόμων. poſtulatus eſt, ꝙ contra leges ſcripſiſſet. Προσιέναι τῷ λέγειν, ideſt ad dicendũ accedere. προσιέναι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, ideſt referre ad ſenatum, & ad populũ, & cum eis agere. Per ſe vero & abſolute, eſt prouenire. vnde τὰ προσιόντα. obuentiones & prouentus. Ἔοικας λέγοντι. ſimilis es dicenti. ἔοικας λέγειν, videris dicere. Item apud poetam, ἐπεὶ οὐδὲ ἔοικεν, quãdo haud decet, ideſt πρέπει impersonaliter. Ἐπέχω σὲ, detineo moror inhibeo te. ἐπέχω πολέμου, ſuperſedeo bello. Item ἐπέχω ταῦτα, conſeruo retineo hæc. et abſolute atq; intranſitiue ceſſo. Ariſtoph. μικρὸν ἐπισχών. paulũ ceſſans. Item ἐπέχω περὶ τούτου ambigo de hoc. i. retineo aſſenſionẽ. vnde philoſophi Pyrrhonii dicti ἐφεκτικοί. qui σκεπτικοὶ quoq; hoc eſt conſideratores, et ἀπορητικοί. i. dubitatores appellati ſunt; ꝙ nihil aſſererent,

ne ex illis quidē q̄ ſenſu percipi cōtingeret. Ἡγοῦμαι cū genitiuo impero. ἰλ. β. συμπάντων δ᾽ ἡγεῖτο βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης. cū datiuo, præcedo duco. Ἀριστοφ. οἱ γὰρ βλέποντες τοῖς τυφλοῖς ἡγούμεθα. videntes enim cæcis præimus. cū accuſatiuo ſiue infinitiuo, exiſtimo. Demoſth. φίλον εὐεργέτην σωτῆρα τὸν Φίλιππον ἡγοῦντο. amicū benefactorē ſeruatorē exiſtimabāt Philippū. Iſocra. ἡγοῦ μάλιστα σεαυτῷ πρέπειν κόσμον. puta imprimis te decere modeſtiam. Λανθάνω, lateo abſolute. Item τοῦτό με ἔλαθεν. hoc ignoro, hoc me latet. et ἔλαθον ποιῶν. ideſt imprudens & inſcius feci. Μέλλω per duplex λλ. abſolutū. i. cunctor. cū infinitiuo vero μέλλω ποιεῖν vel ποιήσειν, ideſt facturus ſum, futurū eſt vt faciam, debeo facere. Πάσχει τι. ideſt aliqd patitur vel affectu laborat. Itē τί πάσχεις; quid agas? et εἴ τι πάθοι. ſi quid humanitus ei accidat, hoc eſt ſi moriatur. πάσχει ὑπὸ τοῦ τύπτοντος, vapulat. εὖ πάσχειν, et ἀγαθὸν πάσχειν, eſt beneficiū accipere. cui formę poteſt addi genitiuus cōferentis ſic. εὖ ἔπαθον ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ. bene de me eſt meritus frater. Πολεμῶ σοι vel πρὸς σὲ, pugno aduerſum te. at πολέμησον τοὺς πολεμοῦντάς με. i. expugna impugnantes me. Πράττω πράξω, ago. ἔπραξε τὰ τῆς πόλεως. res ciuitatis geſſit. καλῶς vel εὖ πράττειν, eſt fœliciter & proſpere degere. quod etiā τὰ βέλτιστα πράττειν dicitur. πράττει με τόκους exigit à me fœnora. Alias πράττω πράσω eſt vendo. vnde πρᾶσις, auctio.

Πείθω σοι, confido vel credo tibi. πείθει δῶρα καὶ θεούς, perſuadent munera etiam diis. τοῖς δὲ νόμοις πείθου, legibus autem obtēperato. Στέργε τὰ παρόντα, ama præſentia, vel acquieſce præſentibus. attice. et στέργε τοῖς παροῦσι, cōtentus eſto præſentibus. ſimiliter vſurpatur τὸ ἀγαπῶ. Συρίττω ſibilo abſolutum. et ἐσύριξαν αὐτὸν exibilarunt ipſum. Τυγχάνει διαλεγόμενος, eſt diſputans. ἔτυχε vel ἐπέτυχε τοῦ σκοποῦ καὶ τιμῆς. attigit ſcopū, & cōſequutus eſt honorē. ἔτυχε τιμωρίας, nactus eſt vel ſubiuit ſupplitium. ediuerſo ἀπέτυχε et ἥμαρτε τοῦ σκοποῦ, ideſt errauit a ſcopo. Herodo. ἀκοντίζων τὸν σῦν, τοῦ μὲν ἁμαρτάνει, τυγχάνει δὲ τοῦ κροίσου παιδός. iaculo, qd contorſit in aprum, illū quidē non attigit, ſed Crœſi filiū cōfixit. Itidem ἐξαμαρτάνω et διαμαρτάνω. Sopho. βούλομαι δ᾽ ἄναξ καλῶς δρῶν ἐξαμαρτεῖν, μᾶλλον ἢ νικᾶν κακῶς. malo recte faciens fraudari, quā male vincere. quā ſententiam ſic explicat interpres. θέλω εὖ πράττων τὸ ἀληθὲς ἀποτυχεῖν, μᾶλλον ἢ ἐξαπατῶν τὸν ἄνδρα ἐπιτυχεῖν. ὡς ἔτυχε, ideſt forte fortuna, temere, vt ſors obtulit, ſine delectu. vnde τυγχάνοντες dicūtur obuii & quiuis è vulgo. Φιλῶ σε, oſculor vel diligo te. φιλεῖ περιπατεῖν, amat deābulare. et impersonaliter φιλεῖ γίνεσθαι ſolet accidere. Φεύγω σὲ, fugio te. φεύγει τὴν πόλιν, exulat ciuitate. φεύγει φόνου, reus agitur cedis. φεύγει ἔγκλημα ὑπ᾽ ἐκείνου, criminis poſtulatur ab illo. Ἔφθη αὐτὸν δραμών, antevertit eū curſu. ἔφθη τελευτήσας, prius obiit. οὐκ ἂν φθάνοιμι εἰπὼν ἢ εἰπεῖν, omnino eloquar. οὐκ ἂν φθάνοις ὀνούμενος, nihil loci eſt tergiuerſationis, quin emas. φθάνει ἄνω, in ſublime euadit. φθάνοντα etiam et φθάσαντα dicuntur præterita. Χαίρω τούτοις, lætor his. χαίρω περιπατῶν, gaudeo deambulans. et abſolute, σοῦ τοιαῦτα λέγοντος, πάνυ ἔχαιρον. te talia dicente, magnopere lætabar. Item χαῖρε aue. et πολλὰ χαιρέτω, æternum vel multū valeat. vt in Epigrāmate. ἐλπὶς καὶ σὺ τύχη μέγα χαίρετε. τὸν λιμέν᾽ εὗρον. inueni portum, ſpes & fortuna valete. Similiter dicitur ἐρρῶσθαι. Demoſth. πολλὰ ἐρρῶσθαι φράσας τῷ καλῷ Σοφοκλεῖ. dicto vale bono viro Sophocli. Χρήζω σου, egeo tui. χρήζω σοὶ ἀργύριον mutuo tibi argentum.

Poſterioris ordinis exēpla ſequūtur, & q̄dā vtriuſq;. Ἄγω σε, duco rapio ducto rego educo foueo appēdo te. πάντων ἐπίπροσθεν ἄγει τὴν σωφροσύνην. ante omnia colit caſtitatē. Item ἄγειν ἑορτὴν, feſtū diem agere. ἄγειν εἰρήνην, pacē habere. ſic ἡσυχίαν καὶ σχολὴν. et ſilia. διὰ τιμῆς et ἐν τιμῇ ἄγειν, honorare. ἐν ἀδελφῷ ἄγειν, fratris loco habere. ἄγομαι vero ducor educor. itē duco admitto traiicio foueo. ἄγεται γυναῖκα ideſt γαμεῖ. ducit vxorē, et collocat alteri ac deſpondet. qd eſt apud Herod. διδόναι γυναῖκα et ἐκδιδόναι. καλῶς ἄγομαι, bene mecum & proſpere agitur. ἄγομαι καὶ φέρομαι, trahor & diſcerpor. Αἱρῶ τὸν πύργον, occupo vel demolior turrim. αἱροῦμαι δὲ γράφειν, volo vel eligo ſcribere. Ἀποδίδωμί σοι τὰ ὀφειλόμενα, reddo tibi debita. ἀποδίδομαι δὲ τὸ βυβλίον vendo librum. Ἀρέσκω σοὶ, placeo tibi. ἀρέσκομαί σοι. ideſt tecū cōtentus ſum, vel tu mihi places. Ἅπτω λύχνον, accendo lucernam. Item ἅπτω βρόχον, apto laqueum. ἅπτομαι δὲ λύχνου καὶ βρόχου. ideſt tango lucernā & laqueum. Ἀποκρίνω τοῦτο ἐκείνου, ſecerno hoc ab illo. ἀποκρίνομαί σοι, reſpondeo tibi. Ἀποτάττω φυλακήν. ideſt impero ſecerno diſtribuo cuſtodias. Et ἀποτεταγμένη ὥρα, ſtatuta hora ac tēpus cōſtitutū. ἀποτάττομαι δὲ τῇ κληρονομίᾳ. ideſt renūtio hereditati.

Βάλλω λίθον, iacio lapidem. βάλλ᾽ ἐς κόρακας. ſcilicet σὲ, conîicito te in coruos. βάλλω σε λίθῳ, pcutio te lapide. βάλλομαι quoq; iacio & iacior. Item βάλλομαι ἐπ᾽ ἐμαυτοῦ. mecū cogito. et εἰς νοῦν vel ἐς θυμὸν ἐβαλόμην, in animū induxi vel aduerti animū. Παραβάλλω ταῦτα ἐκείνοις. comparo hæc illis, vel admoueo, trado. παρέβαλεν εἰς Ἰταλίαν, appulit traiecit in

Italiam. παραβάλλει τὠφθαλμὼ, oculos in diuerſa detorquet. παραβάλλομαι, admoueo, portui appello, et periculo expono. Συμβάλλουσιν ἀλλήλοις. ideſt confligunt, coniunguntur. Item συνέβαλεν αὐτοὺς, cōmiſit eos in prælium. συνέβαλε τὸ ἐνύπνιον, coniectauit inſomniū. συνέβαλε τοὺς τοίχους, cōmiſit parietes. συμβάλλω σοι τοῦτο vel, abſolute συμβάλλω. i. paciſcor. Item συμβάλλω σε ἐκείνῳ vel πρὸς ἐκεῖνον, comparo te illi. Συμβάλλομαι, comparor et confligo. Item συνεβάλετο τῇ πόλει, ἢ ἐς τὴν πόλιν, ἢ πολλὰ ἐς τὴν πόλιν. ideſt opem tulit vel commoda multa ciuitati, et illi vtilis fuit. et συνεβάλετο τὰ πραχθέντα. coniecit facta. Γαμεῖ qui ducit vxorem. quod tranſitiue quoq; dicitur, ἔγημεν αὐτὴν, duxit illam. de muliere vero nubente, ἐγήματο dicitur. Γράφω γράμματα, pingo literas: vnde ζωγράφος pictor. Item ἔγραψά σοι ἐπιστολὴν, ſcripſi ad te epiſtolam. γράφεις παράνομα. ideſt decretum contra leges promulgas. γράφομαί σε παρανόμων. ideſt accuſo te, ꝙ decreta legibus aduerſa ſcribas. Δανείζω σοι χρήματα, mutuo vel fœnero tibi pecunias. δανείζομαι δὲ παρά σου ἀργύριον, mutuor vel fœneror abs te argentum. Ἐγγυῶ σοι τὴν κόρην, deſpondeo tibi puellam. ἐγγυῶμαι δὲ αὐτὴν, quū ipſe eam duco. Ἔχω σοὶ χάριν, habeo tibi gratiam. quod alioqui οἶδά σοι et μέμνημαί σοι χάριν dicitur. ἔχω συγγνώμην, do veniam. ἔλαττον εἶχε, poſteriores tulit, ideſt victus eſt. δεινὸν ἔχε, ægre tulit. quod alias dicitur δεινὸν ποιεῖσθαι. γυναῖκα ἔχει. ducit, ſeu accipit in vxorem. καλῶς ἔχει σώματος vel τὸ σῶμα. i. valet corpore. ἐν νῷ ἔχων, in animo habens. ἐν γαστρὶ ἔχουσα, vterū geſtans. πότερα τὴν γνώμην ἔχοι, vtrius eſſet ſententiæ. πολλὰ ἔχω εἰπεῖν: multa habeo, hoc eſt poſſum dicere. Ἔχομαι δὲ τοῦ ξύλου. ideſt adhæreo ligno. Ἀνέχει ἡ κίων τὴν οἰκίαν, ſuſtinet columna domum. καὶ ἀνέχομαι τοῦ λυποῦντος, tolero dolentem. Ἀπέχει τῆς πόλεως τὸ φρούριον ἑκατὸν στάδια, diſtat à ciuitate præſidiū centum ſtadiis. ἀπέχομαι δὲ οἴνου καὶ κρεῶν, abſtineo vino & carnibus. Προσέχω τὸν νοῦν τοῖς λεγομένοις, adhibeo mentem iis quæ dicuntur. προσέχομαι δὲ ἢ προσίσχομαι τούτοις, adiungor his. Ὀρέγω σοὶ χεῖρα, porrigo tibi manum. ὀρέγομαι τροφῆς, appeto cibum. Ἔρωτα παύει λιμός. amorem mitigat fames. καὶ πέπαυσο δὴ τῆς λύπης, ceſſato iam à dolore, vel παῦσαι δὴ λυπούμενος, omitte tandem dolere. Ἐποίησεν οἶκον, fecit ſiue conſtruxit domum. Item δύναται ποιεῖν καὶ λέγειν. ideſt poteſt poema condere, & oratione ſoluta ſcribere. πάντων ἐπίπροσθε ποιῶ σε, te omnibus præfero. Εὖ ποιῶ. ideſt bene-



ficium confero. quod etiam εὖ δρῶ dicitur. Sophocles. ὅστις γὰρ εὖ δρᾶν, εὖ παθὼν ἐπίσταται, παντὸς γένοιτ' ἂν κτήματος κρείσσων φίλος. nam qui de eo bene mereri nouit, à quo beneficium accepit, is fuerit amicus quauis re præſtantior. Item εὖ ποιῶν, benefaciens, ſiue εὖ ποιοῦσα, et εὖ ποιοῦντες, ac ſimilia. ideſt vt par erat, vt debuit, ſiue merito. approbantis ſunt.

Ποιοῦμαι fio. σπουδὴν ποιεῖσθαι, dat operam, curat. σπουδὴν ποιεῖ, ſerio accipit. ἐποιήσατο αὐτὸν, adoptauit eum. περὶ πλείονός σε ποιοῦμαι τῶν ἄλλων, ἢ περὶ ἐλάττονος. pluris te æſtimo quam alios, vel minoris. ſic περὶ πολλοῦ πλείστου ὀλίγου οὐδενὸς, et παρ' οὐδέν. Item ποιεῖσθαι ὑφ' ἑαυτῷ vel ὑφ' ἑαυτὸν, in ſuam poteſtatem redigit, ſibi ſubiicit. εἰς ἑαυτὸν ποιεῖσθαι, in ſeſe recipit. ποιοῦμαι τὸ πρᾶγμα ὀργὴν vel ἐν ὀργῇ. ideſt rem indigne fero. ἐν ἐπηρείας τάξει καὶ φθόνου τοῦτο ποιεῖν. apud Demoſthenem, ideſt odii & inuidiæ loco hoc habere. Itidem ἐν θαύματι ἐποιήσατο, pro miraculo habuit ſiue duxit. et ἐν γέλωτι ποιοῦμαι, riſui habeo. Item πρόνοιαν καὶ λόγον ποιήσασθαι, habere rationem. Σοφίζω σε, erudio te. at σοφίζομαι. ideſt ſcitum aliquid excogito vel decipio. Itidem cum accuſatiuo. ταῦτα καὶ πολλὰ ἕτερα ἐσοφίσατο. hæc & alia multa cōmentus eſt. abſolute quoq; σοφίζεσθαι eſt tergiuerſari & calumniari. Φέρω τὰ βιβλία, baiulo libros. φέρειν quoque eſt tributum pendere, auferre & pertinere, cum accuſatiuo. Item φέρειν ψῆφον, ferre ſuffragium & decernere. φέρειν διὰ στόματος, in ore habere, & prædicare. εἰς τοῦτο φέρει, ad hoc tendit. φέρει χάριν. ideſt χαρίζεται gratificatur. πρᾴως ἢ χαλεπῶς φέρει, leniter aut moleſte fert. μέγα φέρει, magni refert. φέρειν quoque producere eſt. et ἑαυτὸν φέρειν, ſe ingerere, ac nomen dare. φέρομαι vero ideſt verſor. Item rapior. vnde ἄγομαι καὶ φέρομαι, vt paulo ſuperius notauimus, ideſt trahor & diſcerpor. Item καλῶς φέρομαι, proſpere dego. χάριν καὶ μισθὸν φέρομαι, accipio & mereor gratiam premium & mercedem. εἰς τοῦτο φέρεται, ad hoc tendit, huc vergit. Διαφέρει ἥλιος σελήνης, differt ſol à luna. Item ὁ πατήρ σου διενήνοχεν ἁπάντων apud Iſocratem, pater tuus omnes antecelluit. διαφέρεταί τις πρὸς ἀδελφὸν περὶ κλήρου. ideſt cōtendit quiſpiā cū fratre de hæreditate. Συμφέρω ταῦτα, ſimul fero hęc. Itē συμφέρω σοί, vtilis ſum tibi. Συμφέρομαί σοι, tibi cōſentio, cōuenio tecū. συμφέρομαι τοῖς παροῦσιν. ideſt cōtentus ſum præſentibus. Itē συμφέρομαι τοῖς πολεμίοις. ideſt cōfligo cū hoſtibus. et συμφέρομαι τοῖς πολλοῖς, ideſt τῶν τυχόντων εἰμί, vnꝰ è vulgo ſum. τύχην quoq; ἢ

καιρὸν συμφέρεσθαι, eſt euenire & contingere talem fortunã vel occaſionẽ.
Φοβῶ τοὺς ἐπιβουλεύοντας, terreo inſidiantes. φοβοῦμαι δὲ αὐτούς, timeo ipſos. Φυλάττω τὴν πόλιν, cuſtodio ciuitatẽ. μέθην φυλάττου, ebrietatẽ caue.

SCHOL. *Pleraq; paſſiua uerba fiunt cõmunia ſecũdũ Atticos, retenta propria ſignificatione. ut* τίθεμαι *pono ponor,* ποιοῦμαι *facio fio. Porrò deponentia multa uocem habent actiuam ſignificato diuerſo. ut* ἀπέχομαι *abſtineo,* ἀπέχω *abſum. alia retento ſignificato, conſtructione uariant. ut* λαμβάνομαί σου, καὶ λαμβάνω σε, *accipio te. Alia eadem conſtructione, indifferenti uoce ſunt. ut* δοκῶ δοκοῦμαι, δυσφορῶ δυσφοροῦμαι. *quibus ſimilia ſunt apud latinos impertio & impertior, aſſentio & aſſentior. Alia & paſſiue & deponentaliter ſumuntur in uoce paſſiua. ut ab* ἔχω *habeo,* ἔχομαι *habeor & hæreo. ab* ἄγω *duco,* ἄγομαι *ducor et duco uxorem. Alia eadem uoce atq; conſtructione ſignificandi modum uariant, propter nomina in quæ tranſeunt. ut* δοῦναι χάριν, *habere gratiam,* δοῦναι δεῖξιν *uel* φάσιν *deferre,* δοῦναι δίκην *dare pœnas,* εὐθύνας διδόναι *rationem reddere, uel pœnas etiam pendere. Item* λόγον διδόναι. *dicendi locum uicemq; permittere, & rationem reddere. unde* λόγον ἑαυτῷ διδόναι, *rem ſecum perpendere.* πίστιν *et* ὅρκους διδόναι, *fidem dare & iurare. Sic* ὀφλεῖν ἢ ὠφληκέναι δέκα τάλαντα, *debere decem talenta, uel damnatum eſſe decem talentis. Inde* ὀφλισκάνειν γέλωτα αἰσχύνην, *et ſimilia dicuntur* μεταφορικῶς, *qui ſeſe propinant deridendos ac dedecorandos. quod tale eſt, ac ſi dicas, ſeipſos deriſione & dedecore mulctant. Talia ſunt* ἄγω φέρω τίθημι ποιῶ, *et alia. de quibus ſuis locis nõnihil indicamus. Modus ille ſermonis.* οὐκ ἂν φθάνοις ὠνούμενος, ἀκούων, ἐσιών. *&c. tam eſt anceps quã frequens. uarie enim exponi ſolet, non effugies quin, non poteris tergiuerſari, fieri non poteſt quin, item continuo, iamiam. ut* οὐκ ἂν φθάνοιτε ἀποθνήσκοντες, *ideſt quã citiſſime moriemini,* μεταφορικῶς. *et* οὐκ ἔφθην εἰπεῖν. *ideſt non uacauit dicere, uel antequam dicerem. Item* ἔφθην ἀκούσας *audiui, uel ſimul ac audiui.*

## De conſtructione verborum imperſonalium. Cap. 14.

IMpſonaliũ formæ actiuæ quinq; ſunt præcipuæ ſpecies. Prima eorũ quæ cum ſolo genitiuo conſtruũtur. Demoſth. δεῖ δὴ χρημάτων, neceſſariæ demũ ſunt pecuniæ. Eurip. ὅταν δ' ὁ δαίμων εὖ διδῷ, τί χρὴ φίλων; quũ fortuna proſperitatẽ donauerit, quid amicis eſt opus? In quibus datiuus implicatur. ideſt δεῖ ἡμῖν, τί χρὴ τινί;

Secũda cũ genitiuo & datiuo, vt Μέλει μοι πέτρου, cura eſt mihi petri. Μεταμέλει μοι τῆς ἁμαρτίας, pœnitet me peccati. Δεῖ σοι βουλῆς, opus eſt tibi conſilio. Οὐδενὸς ὑμῖν προσδεῖ πόρου, μᾶλλον δὲ ἅπαντος ἐνδεῖ τ' 



πόρου, apud Demoſth. nulla facultas ſuppetit vobis, imo magis omni facultate caretis. Μέτεστί μοι τοῦ οἴκου. pars mihi eſt dom⁹, vel participo domo.

Tertia cum ſolo infinitiuo vice ſuppoſiti, vt Δεῖ μανθάνειν, opus eſt diſcere. Προσήκει ποιεῖν. cõuenit facere. Πρέπει ἀκούειν, decet audire. Χρὴ σιγᾶν, oportet ſilere. Ἐνδέχεται ἢ Συμβαίνει εἶναι, accidit vel contingit eſſe. Εἴη ἂν σχηματίσαι, licebit formare. Φιλεῖ γίνεσθαι, ſolet accidere.

Quarta cũ datiuo & infinitiuo, vt Συμβαίνει μοι πορεύεσθαι, accidit mihi ire. Συμφέρει σοὶ ἀποδημεῖν, expedit tibi proficiſci. Προσήκει σοὶ ἀκούειν, decet te audire. Ἀρέσκει ἐκείνῳ ᾄδειν, placet illi cantare. Ἀπαρέσκει αὐτῷ παίζειν, diſplicet ipſi ludere. Μέλει μοι διδάσκειν, curæ mihi eſt docere. Δοκεῖ τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ πέμψαι πρέσβεις, viſum eſt ſenatui & populo mittere legatos, apud Demoſth. Ἔξεστιν ὑμῖν εὐδαίμοσι γενέσθαι, licet vobis eſſe beatis, apud eundẽ. Περίεστι τοίνυν ὑμῖν ἀλλήλοις ἐρίζειν. reliquũ igitur eſt vobis inuicem contendere, apud Lucianũ. Ἐπῄει μοι γελᾶν, inceſſit me ridẽdi libido, apud eundẽ. Ἐπῆλθε δ' οὖν μοι ἐπὶ τὴν γνώμην μνησθῆναι, venit igitur mihi in mentem meminiſſe, apud Aeſchinẽ.

Quinta cũ accuſatiuo & infinitiuo, vt Συμφέρει ἐμὲ παραγίνεσθαι, expedit me venire. Δεῖ σε ἡσυχίαν ἄγειν, oportet te quietẽ agere. Πρέπει τοὺς παῖδας τιμᾶν τοὺς ἑαυτῶν γονεῖς, decet filios colere ſuos parentes. Χρὴ τοὺς πολίτας τοῖς προεστηκόσιν ἑτοίμως ὑπακούειν, oportet ciues præſidibus ſedulo obtẽperare. Οὐκ ἔστιν εὖ ἄρξειν τὸν οὐκ ἀρχθέντα. adag. non contingit eum bene imperare, qui non tulerit imperium.

Quæ paſſiuæ ſunt formæ plæraq; abſolute vſurpantur. vt ἀποχρώντως εἴρηται, ſufficienter dictũ eſt. Ariſtoph. νενόμισταί γε, ſancitũ quidẽ eſt. Lucia. ἱκανῶς τεθρήνηται. ſatis lamẽtatũ eſt. Habent tamẽ aliquãdo infinitiuũ, & datiuũ aut accuſatiuũ. Idem εἵμαρται γὰρ ἐκείνῳ ὑπὸ τούτου φονευθῆναι. in fatis eſt illi, ab hoc occidi. Aeſchi. ἀπείρηταί σοι, ἔξω τῆς ἐκκλησίας μὴ κηρύττεσθαι. interdictũ eſt tibi, extra concionẽ pronũciari. Ariſtoph. γυμνοὺς εἰσιέναι νομίζεται, nudos ingredi mos eſt.

SCHOL. *Imperſonaliũ formæ actiuæ ſpecies inter ſe confundũtur. Contingit enim idem uerbũ ſecundũ illas omnes conſtrui. ut* δεῖ τούτου, *primæ.* δεῖ μοι τούτου, *ſecundæ.* δεῖ ποιεῖν, *tertiæ.* δεῖ μοι ποιεῖν, *quartæ.* δεῖ ἐμὲ ποιεῖν, *quintæ. Ad hæc nõnũquã rectum habent loco ſuppoſiti ſicuti pſonalia. ut* μέλει μοι πέτρος. μέτεστιν αὐτοῖς τόδε. προσήκει σοὶ σωφροσύνη. ἀρέσκει μοι τὸ καλόν, ἀπαρέσκει δὲ τὸ αἰσχρόν. ἅπαντα τοῖς καλοῖσιν ἀνδράσι πρέπει, *adag.* οὐ τάμὰ ἐνδεήσει.

*apud Lucianũ. quædam in uerba perſonalia reſoluũtur: ut μεταμέλει μοι τούτου, pœnitet me huius. et μεταμέλομαι ἐπὶ τούτῳ. δεῖ μοι χρημάτων, et δέομαι χρημάτων, egeo pecunijs. δοκεῖ μοι et δοκῶ μοι, uideor mihi. Porrò datiuus & accuſatiu9 aliquãdo citra genitiuũ infinitiuũ uc reperitur. ut apud Lucia.* καθορώμενος μετ᾽ ὀλίγον, εἰ δόξειέ μοι, τὴν Ἑλλάδα. *paulo poſt (ſi mihi uiſum eſſet) græciã deſpiciens. Idem.* καί μοι ἤδη μεταμέλει, ὅτι δεῦρο ἀνιὼν, οὐχὶ τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀετοῦ ἐνεδέμην. *et me iam pœnitet, q̃ huc aſcendens, non oculos aquilæ mihi inſeruerim. Demoſth.* ἐγὼ δὲ πάντα, ὅσα προσῆκε τὸν ἀγαθὸν πολίτην, ἔπραττον. *ego quæcũq; bonum ciuem decebant effeci. Nonnũquã etiã abſq; caſu & infinitiuo. ut* ὡς δεῖ, *ut oportet.* ὡς ἔοικεν, *ut par eſt.* οὕτω γὰρ προσῆκεν, ἢ ἔπρεπεν, *nam ſic conueniebat, aut decebat. Porrò quemadmodũ infinitiua à uerbis perſonalibus imperſonaliter uſurpari uidentur in illis formis,* ὡς εἰπεῖν, ὡς φάναι, *et ſimilibus: ita ferme ab imperſonalibus, quædam abſolute ponuntur. ut* μικροῦ δεῖν, *ferme.* ἐμοὶ δοκεῖν, *mea ſententia. Infinitiui uero qui imperſonalibus iunguntur, fere ſunt præſentis aut præteriti, futuri raro. Præpoſitiones quædam tono trãſlato implicant imperſonalia cõpoſita ab ipſis cũ uerbo* ἐστι. *ut* πάρα *pro* πάρεστι, *adeſt.* ἔνι *pro* ἔνεστι, *ineſt ſiue integrũ eſt. Etiam appoſitæ alicubi cum caſu imperſonalibus ſubijciũtur. ut* μέλει σοὶ περὶ ἐμοῦ. *Paſſiuæ formæ impſonalia interdũ genitiuũ admittunt cum præpoſitione. ut* ἤκουσαι ὑπ᾽ ἐκείνων, *auditũ eſt ab illis. Item datiuũ genitiui loco. Lucia.* ὑβρισταί μοι εἰς τὸν Πύῤῥον, *opprobatum à me eſt in Pyrrhũ.*

## De conſtructione participiorum. Cap. 15.

PArticipium ſui verbi conſtructionem ſeruat. Demoſth. ἀλλὰ τίς ἦν ὁ βοηθήσας τοῖς Βυζαντίοις καὶ σώσας αὐτούς. at quis nam fuit auxiliatus Byzantiis, et eos tutatus. Liba. οὐ θεοὺς φοβηθεὶς, οὐ τοὺς εὖ πεποιηκότας αἰδεσθεὶς, οὐχ ὑμᾶς αἰσχυνθεὶς. non deos timens, nõ benefactores reueritus, non vos erubeſcens. Cuius vſus perq̃ elegãs eſt ac frequens pro infinitiuo, alione eius vice. Lucia. δῆλος εἶ ἀγνοῶν, præ te fers ignorare. Heliodo. ἐλάνθανε τὰ ὄντα ὡς πλάσματα λέγων, inſciens vera, quaſi figmẽta narrabat. Phalaris. παῦσαι δὲ, καὶ σεαυτῷ, καὶ ἐμοὶ πράγματα παρέχων. deſine et tibi ipſi, et mihi exhibere negocium. Demoſth. σαυτῷ συνῄδεις ἀδικοῦντι, tibi ipſi conſcius iniuriæ fueras. In his eadem eſt perſona. Alias inducitur diuerſa. vt in epiſtola Philippi. ἴσθι ἡμᾶς παρεληλυθότας εἴσω πυλῶν, ſcito te nos ingreſſos Pylas. et in altera eiuſdem ad Ariſtotelem. ἴσθι μοι γεγονότα υἱόν. ſcito mihi natum filium. pro παρεληλυθέναι γεγονέναι. &c. Nec minus elegans eſt in futuro. Ariſtoph. ἐπερησόμενος οὖν ᾠχόμην. interro-



gaturus igitur perrexi. Lucianus. ἴσθι καταλείψων ſcito te relicturum. Eſt etiam frequens genitiuus participii, in ea dicendi forma, quam latini per ablatiuũ abſolutum efferunt. ἐμοῦ ζῶντος, me viuente. ἐκκλησίας συναχθείσης concione congregata.

SCHOL. *Attici uerba in eorum participia & in alia uerba reſoluunt. ut puta* σχολάζει, *otio uacat,* διάγει σχολάζων, *degit otio uacans.* λέγει καὶ πράττει, διατελεῖ λέγων καὶ πράττων. περιπατεῖ, διατρίβει περιπατῶν. ἐποίησεν, ἔφη ποιήσας. *Ad quem modum uerba etiam quælibet, ſecundum cõmunes in ſua participia & uerba ſubſtantiua reſolui queunt.* λέγω, εἰμὶ λέγων. γράφει, τυγχάνει γράφων.

## De defectu & redundantia, deq; figuratis quibuſdam verborum ac participiorum conſtructionibus. Cap. 16.

VErba multoties venuſte ſupprimũtur. vt ὡς ἀκοῦσαι. ἐπειδὴ ἔρχεσθαι. ſcilicet συνέβη. ſed ſubſtantiua crebrius. Euripi. τὸ γὰρ ζῆν μὴ καλῶς, μέγας πόνος. Idẽ μεταβολὴ πάντων γλυκύ. vtrobiq; ſubauditur ἐστίν eſt. Itidem ἅλις δρυός, σπουδῆς, ἀμύνης. ſat quercus, ſtudii, vltionis. Item ὡς ἔθος, vt mos. quod alias per genitiuũ quoq; adiecto ſubſtantiui participio dicitur ſic, ἔθους ὄντος τοῖς πλέουσι, apud Aeſopum. ideſt quũ moris ſit nauigantibus. Huic affinis eſt modus ille, quoties participium neutrum verbi impſonalis abſolute vſurpatur. vt δέον ποιῆσαι. et ἐξὸν φυγεῖν. μὴ ζήτει δίκην, adag. quæ per genitiuũ cum participio verbi ſubſtantiui interpretãtur. ideſt δέοντος ὄντος ποιῆσαι, quũ opus ſit fieri. et δυνατοῦ ὄντος φυγεῖν, quũ integrũ ſit effugere. ſic δόξαν ἀποδημεῖν, quũ eſſet viſum proficiſci. εὐσεβεῖν χρεών, opus eſt pietatẽ colere. οὐκ ἀρκοῦν ψεύδεσθαι, quũ non ſatis eſſet mentiri. Additur autem quibuſdã ὥσπερ, vt ὥσπερ δέον, tanquã oporteat. Item ὡς, vt ὡς εἰκὸς, et ὡς τὸ εἰκὸς, vt par eſt. Huc pertinere poteſt vſus infinitiui pro imperatiuo, iuxta eos qui ibi verbum imperandi ſubaudiri volunt. vt εὖ πράττειν, bene agere. vel χαίρειν, gaudere. ſcilicet προστάττω iubeo. Et quũ abſolute abſq; alio verbo ponitur. vt σὺν θεῷ εἰρῆσθαι, cum deo dictũ ſit. καθόλου μὲν οὖν εἰπεῖν, vt in vniuerſum dicam. τὸ δὲ σύμπαν εἰπεῖν, vt in ſumma dicatur. ὡς συνελόντι εἰπεῖν, vt ſummatim dicam. Quæ formæ κατ᾽ ἔλλειψιν ſunt.

Rurſus verba & participia non raro redundant apud Atticos. vt παίζεις ἔχων, ideſt παίζεις ludis. ἔχω φέρων, ἀντὶ τοῦ φέρω. ᾤχετ᾽ ἀπιών, abiit recedens. τό γε νῦν εἶναι, καὶ τὸ νῦν ἔχον. ideſt nunc vel impræſentia-

rum. Itẽ ἑκὼν εἶναι pro ἑκών, ideſt libens. ἔφη φάναι, dixit. ἔφη λέγων, ἢ εἰπών, ideſt locutus eſt dicens. Item τυγχάνει ὤν, eſt. et εἰμὶ ὤν, ſum. qua forma Demoſth. dixit τὸ παρ' εἶναι ἕνα ὄντα κύριον. nam illũ eſſe vnicũ dñm.

SCHOL. *Νὴ δία per iouem, &* ναὶ *Anthypophoris nõnunquã ſeruiunt. Ad hæc* ναὶ *præpoſitum negationi* μὰ*, illam perimit.* ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον. *ideſt per hoc ſceptrum.* οὐ *ſcribitur quũ ſequitur conſonans,* οὐ ποιῶ. οὐκ *quũ uocalis tenuis,* οὐκ ἐστί. οὐχ *quũ aſpirata,* οὐχ ὅπως *nedum.* οὐχὶ *quauis ſequente,* οὐχὶ ἐστιν, οὐχὶ ὁρᾷς; οὐχὶ βούλεται. *Attici amãt negationes ſuperflue geminare. apud quos* οὐ μὰ δία, *ualet idẽ quod* μὰ δία, *non per iouẽ: et* οὐκ ἔστιν οὐδείς, *idẽ qđ nullus eſt. Sopho.* τῆς ἀναγκαίας τύχης οὐκ ἔστιν οὐδὲν μεῖζον ἀνθρώποις κακόν, *neceſſaria fortuna nullum eſt maius hominibus malũ. Item tres idem quod una. Plato.* οὐ δυνατὸν οὐδέποτε οὐδὲν τούτων πράττειν. *nihil unquam horum fieri poterit. et quatuor, ut apud Demoſth.* οὐδέποτε οὐδὲν οὐ μὴ γένηται τῶν δεόντων. *nõ fiet unquã utile quidpiam. Inueniũtur adhuc his plures in eodem circulo. ut apud eundẽ.* εἰ δὲ μήτ' ἐστί, μήτ' ἦν, μήτ' ἂν εἰπεῖν ἔχοι μηδεὶς μηδέπω καὶ τήμερον. *Abundant quoq; alicubi cum uerbis prohibitiuis negatiuiſq;.* ἀπαγορεύω σοι, μὴ θεῖναι νόμον. *interdico tibi, ne feras legem.* ἐκώλυσε μὴ οἰκοδομεῖν τὰ τείχη. *uetuit ne ædificaret muros. Item* μὴ οὐ. *Lucia.* οὐκ ἂν ἔξαρνος γένοιο, μὴ οὐκ ἐμὸς υἱὸς εἶναι. *nõ negabis, te eſſe filiũ meum. Demoſth.* οὐδεὶς πώποτε, μὴ οὐ καλῶς ἔχειν, ἀντεῖπεν. *nullus unquã contendit, non bene habere. In his ſequitur infinitiuꝰ: alias etiã participiũ. Idem.* οὐδ' ἂν εἷς ταῦτα ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι ἠβουλήθη, μὴ οὐ συνειδὼς ἑαυτῷ συκοφαντοῦντι. *nullus hæc uiri Athenienſes uellet, niſi calũniæ ſibi conſcius. Præcedẽte uero* οὐ *ſic* οὐ μὴ, *interdũ ſequitur indicatiuus:* οὐ μήποτε βελτίους ποιήσετε, *nunquã meliores facietis. ſed plærũq; ſubiunctiuus. Inueniũtur etiam duæ negationes affirmãtes. Ariſtoph.* ἢν δὲ μὴ θέλῃ, οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἐξελῶ ἐκ τῆς οἰκίας. *ꝙ ſi nolit, nullo pacto fiet, quin domo eijciam. Idem.* οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἔχετέ μου τὰ χρήματα. *non dubium, quin uos habetis meam pecuniam. Chryſoſto.* οὐδεὶς ὅστις οὐ γελάσεται, *nemo non ridebit. Huiuſmodi eſſe uidetur, quoties negatio adhæret comparatiuo & ſuperlatiuo negationem includenti.* οὐχ ἧττον *non minus.* οὐκ ἔλαττον *nihilominus.*

QVædam ex iis quæ medietatis appellātur, cuius verborū tempori
modoq; aptari queunt. quin & peculiariter congruūt verbo ἔχω
cum genitiuo. κακῶς ἔχει τοῦ σώματος, εὖ δὲ τῆς ψυχῆς, καὶ μετρίως χρημά-
των. eſt illi corpus male affectum, ſed animus bene, & facultas mediocris.
Quæ incremētū ſignificant, verbis adhærent. vt λίαν φιλεῖ, multū amat,
et noībus adiectiuis. λίαν σοφὸς, nimis ſapiēs. πάνυ εὔνους, admodū beneuo
lus. Cōparatiua præter genitiuū, etiā rectū poſt ſe habēt, interueniēte ἢ. τί
γὰρ γένοιτ᾽ ἂν ἕλκος μεῖζον, ἢ φίλος κακός; qđ nā vlcus accidere mai⁹ poteſt,
q̄ amicus prau⁹? Iūgūtur & ſoli verbo. ταχύτερον ἦλθε, celerius venit. γρά-
φε βέλτιον, ſcribe meli⁹. Itidē ſuplatiua. ὤκιστα τρέχει, velociſſime currit.
Cōgregatiua diſcretiua & ordinalia verbis etiā adhærēt. ἅμα vel ὁμοῦ ἔρχον-
ται, ſimul veniunt. χωρὶς κάθηται, ſeorſum ſedet. ἐφεξῆς βαδίζουσι, ſeriatim
incedūt. Cōfirmatiua indicatiuis. λέγει ὅτι ἥξει, dicit q̄ veniet. οὕτως ἔχει,
ſic habet. Declaratiua poſt ſe ſimilia præcedētibus expetunt. Pari forma
quę ſimilitudinē ſignificant. vt ὥσπερ ἔλεξεν, οὕτω καὶ ἔπραξε. ſicuti dixit, ita
& fecit. οὕτω venuſte ſibi ſubiūgit δή. τοι. et δήτοι. οὕτω δὴ ἐποίησε. &c. qđ
οὕτως quoq; per. σ. effertur, vocali ſequēte. οὕτως ἔπραξε. Ad hæc q̄ inter
rogationē coniecturā remiſſionē & demonſtrationē ſignificant, verbis fe-
re indicatiuis iūgūtur. πῶς ἔχεις; quomodo habes? ἴσως ἐλεύσομαι, for-
taſſe veniā. μόλις δύναται, vix poteſt. ἰδοὺ ἔρχεται, en venit. hoc tamē in ſa
cris literis ſæpe cum recto legitur. ἰδοὺ ὁ ἀμνός. ἰδοὺ ὁ υἱός σου. Optatiua,
optatiuis modis. vt ὡς. εἴθε. αἴθε. εἴθε γράψειε, vtinā ſcribat. alias etiā indi-
catiuo ad ſignificandū voti definiti euentū. εἴθε ἔγραψε, vtinā ſcripſerit.
εἴθε ἔγραφεν, vtinam ſcripſiſſet. Ariſtoph. εἴθ᾽ ἐξεκόπην πρότερον τὸν ὀφθαλ-
μὸν λίθῳ. vtinā prius oculus mihi lapide fuiſſet erutus. His affinia ſunt il-
la furoris εὐοῖ. εὐάν. Digreſſiua infinitiuis. ὥστε δύνασθαι, vt quis poſſit. et
interpoſito ἤ. Baſil. μικρότερον ἐμαυτὸν κρίνων, ἢ ὥστε τοιαύτης τυγχάνειν
χάριτος. inferiorē meipſum iudicans, quā vt talem cōſequar gratiam. Inter
dum etiam indicatiuis. Demoſth. εἰς τοῦτο ἥκει ἀναιδείας, ὥστε τολμᾷ λέ-
γειν. eoúſq; impudentiæ prorupit, vt audeat iactare. Qua forma inueni-
tur quoq; vſitatum ὡς. Heliodo. ὡς μή τινα ἐγγενέσθαι ὑπόνοιαν. ne qua ſuſ
pitio suboriretur. Hinc illa, ὡς φάναι, ὡς εἰπεῖν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, vt ita
dicatur. et ſimilia. Εἶεν, eſto tertia perſona pluralis optatiui: et ἔστω ſecun
da imperatiui ſingularis, à verbo εἰμί, quandoq; aduerbiaſcunt. Qua-
rum vſus eſt in tranſitionibus quū admiſſo præcedenti, aliud inducitur.



vt εἶεν. τί δή σοι παῖς ὁ τοῦ Λαερτίου. Demoſth. ἔστω συγχωρῶ σοι. eſto
concedo tibi.

*SCHOL. Aduerbia incremēti decrementiq; & cōparationis, multipliciter inter ſe
& cum alijs miſcentur. ut πάνυ σφόδρα, nimis ualde. πολλῷ μᾶλλον et πολὺ
μᾶλλον, multo magis. Item πολὺ ἥκιστα, multo minus. ὅτι πλεῖστα, quā pluri-
ma. ὡς μετριώτατα, quā modeſtiſſime. ὡς ἔνι μάλιστα, quā maxime fieri poteſt.
ὡς ἐδύνατο ἄριστα, quā optime potuit. εὔνους ὁμοίως τοῖς μάλιστα. beneuolus ut q
maxime. ὡς ὅτι τάχιστα, quā celerrime. πρόσθεν ὀλίγον, ante paulum. μικρῷ πρό-
σθεν, paulo ante. Sic μικρὸν ὕστερον, paulo poſt. ὅσον ferme. ὀλίγον ὅσον, tantillum.
μικρὸν ὅσον, puſillū. ὅσον τάχιστα, quā celerrime. ὅσον οὔπω, ὅσον οὐ, ferme. ὅσον
οὐδέπω, fere quā primū, ὅσον οὐκ ἤδη. ὅσον αὐτίκα, protinus fere. ὅσον πλεῖ-
στον, quā plurimū. θαυμαστὸν ὅσον, et θαυμαστὸν ἡλίκον, mirū ī modū. et alia. Opta
tiua, quū ſibi aſciſcunt uerbū ὤφελον ὤφελες ὤφελε, ut plurimū in infinitiuū fe-
rūtur. Ἰλ. δ. αἴθ᾽ ὄφελες ἄγαμός τ᾽ ἔμεναι, ἄγονός τ᾽ ἀπολέσθαι. Euripid. εἴθ᾽
ὤφελ᾽ Ἀργοῦς μὴ διαπτάσθαι σκάφος. Sic ὡς ὤφελον ἀκοῦσαι, utinā audiſſem.
Quādoq; uerbū ipſum ſolū optatiue ponitur. Demoſth. ἐπειδὴ δὲ, ἃ μήποτ᾽ ὤφε-
λον, συνέβη. quādo ea acciderūt, quæ quiuis nollet. Sic Terent. nollē factū dixit. Itē
ὄφελον per. ο. ſæpe utinā ſignificat cū præterito. ὄφελον ἦλθες, utinā ueniſſes. et
cū optatiuo. Pſal. 118. ὄφελον κατευθυνθείησαν αἱ ὁδοί μου. utinā dirigātur uiæ
meæ. Ὡς ad multas ſpecies pertinet. Nam & ſimilitudinem ſiue comparationem ſi-
gnificat. οὕτως ἐποίησα, ὡς ἐκέλευσας, ita feci ut iuſſiſti. θεὸς ὥς, ueluti deus. et
relationem. ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον. ſic illi inter ſe loquebātur.
et admirationē. ὡς ἀργαλέον πρᾶγμ᾽ ἐστὶ, quā moleſta res eſt. et uotū. Euripi. ὡς ὄλοι-
το παγκάκως, ô ſi peſſime periſſet. Etiā auget. unde ὡς ἀληθῶς, admodū uere: θαυ-
μασίως ὡς, mirū in modū. et ſimilia. Valet quoq; poſtquā. Demoſth. ὡς τὰ παρ᾽
ὑμῶν ἐπύθοντο, ideſt ἐπεί. Itē ad. Ariſtoph. ᾠχόμην ὡς τὸν θεὸν, perrexi ad deū. et
quā eteni tanq̄ quaſi ut ſicut circiter. Itē quomodo, unde ἔστιν ὥς, quodāmodo. &c.*

De coniunctionū omniū vſu & ſyntaxi. Cap. 28.

COpulatiuę ſenſū & dictiones atq; orones copulāt. vt καὶ μὲν δὲ τὲ ἀλλὰ
ἀτὰρ αὐτάρ. E qb⁹ καὶ dictionib⁹ pponit̃. vt σὺ καὶ Πέτρος, tu & Petr⁹.
Qđ ſi geminet̃, ſimile qddā priori exiget poſterior. καὶ Σωκράτης γράφει καὶ
Πλάτων. Hic q̄a poſt priorē cōtinue ſeqtur nomē: nō licet verbū ſubiicere
poſteriori. Quādo verbū idē repetit̃, tēp⁹ eſt diuerſū. καὶ γράφω καὶ γράψω,
et ſcribo & ſcribā. et modus. καὶ γράφεις, καὶ γράψον. et ſcribis, & ſcribito.
Qđ ſi mod⁹ idē ſit ac tp̄s, verba diuerſa eſſe oportet. καὶ περιπατεῖ, καὶ δια-

λέγεται, et deambulat & diſputat. Τὲ poſtponitur dictionibus, ſed ipſi καὶ præponitur. πέτρος τὲ καὶ σύ. ἰλ. β. ἄλλοι μὲν ῥᾳ θεοί τε καὶ ἀνέρες. Μὲν inceptiua eſt, cui reſpondet in altera oratione, δὲ. verum ambæ dictionibus poſtponūtur. ἄλλοι μὲν σπείρουσιν, ἄλλοι δ᾽ ἀμήσονται. alii quidem ſeminant, alii autē metent. Quādoq; pro δὲ reſpondet ἀλλά. ἰλ. ε. Τυδεὺς μικρὸς μὲν ἔην δέμας, ἀλλὰ μαχητής. Tydeꝰ paruꝰ qdē erat corpore, verū pugnax.

Diſiunctiuæ res diſiungētes, orationē & partes eius cōnectunt. vt ἢ ἤτοι, quæ inter ſimilia locantur. ἢ νὺξ, ἢ ἡμέρα. vel nox, vel dies. Hic ἢ ſibi ipſi præcedit: alias ſequitur poſt ἤτοι. ἤτοι ἀγαθὸν, ἢ φαῦλον. aut bonum, aut malum. ἢ per ſe etiam explanatiua eſt: quū videlicet alterum mēbrū diuiſionis eligendū definitur. vt βούλομ᾽ ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι, ideſt malo ego populū ſeruatū quā perditū. vel et non perditū. θέλω τύχης σταλαγμὸν, ἢ φρενῶν πίθον. malo fortunæ ſtillam, quā prudentiæ doliū. Item dubitatiua cum interrogatione. ἰλ. β. ἢ ἔτι καὶ χρυσοῦ ἐπιδεύεαι; an adhuc etiā auro eges? et ſequente negatione. ἰλ. ι. τί δὲ λαὸν ἀνήγαγεν ἐνθάδ᾽ ἀγείρας ἀτρείδης; ἢ οὐχ᾽ ἑλένης ἕνεκ᾽ ἠϋκόμοιο. Demoſth. πότερον ταῦτα πάντα ποιῶν, ἠδίκει, καὶ παρεσπόνδει, καὶ ἔλυε τὴν εἰρήνην, ἢ οὔ; vtrum ne hęc faciens, iniquus erat, et fœdera paceq; rumpebat, an non? Quibus in locis præter dubitationem, vim quoq; habet ſoluendi, ſicut an apud Latinos.

Continuatiuæ res ex euentu & conditione ſuſpendunt. vt ἐὰν εἰ, εἴπερ εἰδὴ εἰδήπερ, quæ poſt ſe ſubiūctiuū exigunt. ἐὰν ἀπολύσω αὐτούς. ſi dimittā eos. quanq; ἐὰν à plæriſq; inter cauſales recenſetur. εἰ vero raro ſubiunctiuo præponitur: crebro indicatiui paratico in re incerta & conditionali. Demoſth. εἰ γὰρ ἠβούλεσθε, τί ἦν ἐμποδών; ſi enim voluiſſetis, qd fuiſſet impedimēto? Idē. εἰ δὲ τοῦτο ἐποίει ἕκαστος, ἐνίκων ἄν. ſi hoc vnuſquiſq; faceret, viciſſent vtiq;. Itē optatiuo i eodē ferme ſignificato. εἰ βούλοιο, ſi velles. & addito ἂν, εἰ βούλοιο ἄν. Alias præſenti & præterito adiūgitur in re certa. Lucia. καὶ εἰ μὲν τις ὠψώνηκε τῶν πλουσίων πολυτελῶς, ἢ ἑταίραν ἔχει, τοῦτο πολυπραγμονῶ. poſtponuntur autē aliquando aliis orationibus. vt. ἰλ. α. ἦ κεν γηθήσαι πρίαμος πριάμοιό τε παῖδες, εἰ σφῶϊν τάδε πάντα πυθοίατο.

Sub cōtinuatiuæ ediuerſo rem ſubſiſtentē ponūt. vt ἐπεὶ ἐπείπερ ἐπειδὴ ἐπειδήπερ. quæ indicatiuis magis cōgruūt. ἐπειδὴ ταῦτα οὕτως ἔχει, ſiquidem hæc ita habent.

Cauſales, quæ finē & cauſam ſignificant, vt ἵνα ὅπως γὰρ ὅτι, ſubiūctiuū fere expoſcunt, vt ἔρχεται ἵνα διαλέγηται, venit vt diſputet, vel ἵνα διαλέγηται ἔρχεται. κοπιῶ, ἵνα σωθῶ, laboro, vt ſalutē aſſequar, vel ἵνα σωθῶ κοπιῶ.

Ad hæc, ἵνα quādoq; paratatico iungitur, ſiue optatiui indefinito ad incerti quidpiā ſignificandū. Lucia. ὑπὸ τῇ ῥινὶ μάλιστα ἐχρῆν αὐτοὺς στέφεσθαι, ἵν᾽ ὡς πλεῖστον ἀνέσπων τῆς ἡδονῆς. infra nares maxime oportuit eos coronari: quo voluptatis quā plurimū attraherent. Ὅπως fere finem innuit. vt διανοεῖται, ὅπως διδάξῃ. cogitat quemadmodū doceat. Item cum indicatiuo pro πῶς. Demoſth. σκοπεῖτε δὲ τοῦτο, ὅπως μὴ λόγους ἐροῦσι. hoc autē conſiderate, ne verba iactent. Quādoq; ſuppreſſum habet verbū ὅρα vide, vel σκόπει conſidera. vt alias dictum eſt. Γὰρ ſemper poſtponitur alteri dictioni, ſicut δὲ. Ariſtoph. οἱ γὰρ βλέποντες τοῖς τυφλοῖς ἡγούμεθα. Nam videntes cœcis præimus. ὅτι διότι καθότι, et id genus aliæ indicatiuo iungūtur. ἐφ᾽ ᾧ infinitiuo. ἐφ᾽ ᾧ ποιῆσαι, ad faciendum. ἐφ᾽ ᾧ δοῦναι, ad dandum. & indicatiui futuro, vt ἐφ᾽ ᾧ γράψει, vt ſcribat. & præterito, quū ſignificat quoniam. vt ἐφ᾽ ᾧ ἔγραψε, quia ſcripſit.

Aduerſatiuæ, quibꝰ aduerſamur & opponimus aliquid, dictionibꝰ præponuntur & poſtponūtur. vt καίτοι, εἰκαὶ, καίπερ, ὅμως, ἔμπης, ἀλλά.

Illatiuæ quę ratiocinationibus & illationibus ſeruiunt, poſtponūtur dictionibus. vt ἀλλὰ, ἀλλὰ μὴν, οὖν, τοιγαροῦν, ἄρα, τοίνυν, τοιγάρτοι. ἀλλὰ et ἀλλὰ μὴν præponūtur. πᾶς ἄνθρωπος ζῶον, omnis homo animal. ἀλλὰ μὴν πᾶν ζῶον οὐσία, atqui omne animal ſubſtātia. πᾶς ἄρα ἄνθρωπος οὐσία, omnis igitur homo ſubſtantia.

Dubitatiuæ, quæ dubitationibus & percontationibus accōmodantur, præcedere in oratione ſolent. ἆρ᾽ οὖν ἀγαθὸν τὸ ἡδύ; nunquid igitur bonum eſt voluptas? ſic μῶν an, μὴ num.

Expletiuæ, aut ornamēti gratia, aut explendi carminis neceſſitate adhibētur. vt δὴ δῆτα μὴν ἂν πὲρ γὲ γοῦν. quę fere poſtponūtur. Hę tamē interdū ſuæ ſignificationis ſunt. vt γοῦν γὲ, q̄ extenuationi ſeruiunt, & δὴ cōfirmationi ac tranſitioni, & πὲρ quæ aduerſantis eſt. Item ἂν indefinita cum ſubiunctiuo. ὅσα ἂν εἴπῃς, quæcunq; dixeris: & potentialis cū præſenti & futuro optatiui iūgitur etiā futuro indicatiui. οὐκ ἂν ἐρεῖς: ſed hoc rarum eſt. Illud frequentius, ἐδίδωκεν ἂν, ἔλεγεν ἂν, et εἶπεν ἂν, ad actionem incertā deſignandā. ideſt dediſſet vtiq;, diceret vel dixiſſet, ſiue poterat dicere. Nā in talibus ἂν incluſum habet verbū poſſum. Vbi plærumq; verbo ſubiicitur: alias cum ſubiunctiuo conſtructa, præponi ſolet.

Præterea cōiunctiones alias pro aliis poni receptiſſimū eſt, vt ἀλλὰ pro

γὲ et pro καὶ. et δὲ pro γὰρ. Cõponũtur autẽ ſecũ & cũ aliis orationis partibꝰ. In ſyntaxi vero binæ & ternæ copulari gaudẽt. aduerbiis quoq;, vt ſuperiꝰ dictũ eſt, adhærent. quin & nõnullæ in aduerbia trãſeũt. vt ὅτι φ. ἤτοι ſane.

SCHOL. Cõiunctiones uincula quædã ſunt, ptes partibus & orationes orõnibus copulãtia. Καὶ γὰρ pro δὲ. i. uero ſiue uerũ, nõnũquã dictiones antecedit. Δὲ identidẽ repetitur. Liban. ἠμείψατο τὴν μὲν φιλανθρωπίαν ἀδικίᾳ, τὴν δὲ φιλοξενίαν πονηρίᾳ, τὴν δὲ ὑποδοχὴν ἁρπαγῇ, τὴν δὲ τιμὴν ὕβρει, τὴν δὲ πίστιν ὠμότητι. Rurſus quãdoq; ſuppreſſa, relinquit μὲν pẽdentẽ et ἀναπόδοτον. ἰλ. β. Βοιωτῶν μὲν Πηνέλεως καὶ Λήϊτος ἦρχον. Tale eſt procemiũ actorũ apoſtolicorũ, Τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην περὶ πάντων ὦ Θεόφιλε. &c. Circa officia & ſcripturã particulæ ἤ, nõ uſq;quaq; cõuenit inter grãmaticos græcos. Quin & inter Theodorũ Gazã & Georgiũ Trapezũtiũ hõies græcos, ſed latinis literis impenſe eruditos, rixa fuit ſup interpretatione problematũ Ariſtotelis, q̃ fere p ἤ ſoluũtur. Vbi Theodorus reiecta, aut, ueteris trãſlationis, an, uertit; Georgius utrũq; improbãs, uel reddidit. H ergo particula, quũ multipliciter ſcribatur, quũq; uariis modis accipiat, hoc ordine uidetur diſtinguẽda. ἦ ſuppoſito tenui & circũflexo. i. erat & fuerat, tertia pſona paratatici eſt, à uerbo εἰμὶ ἦν ἦς ἦ καὶ ἦν: et ſubiũctiui ἐὰν ὦ ᾖς ᾖ, ſi. i. ſubcribatur. Itẽ ἦ dixit poetice pro ἔφη, et aduerbiũ ἦ. i. nẽpe cõfirmãdi. ἰλ. σ. ἦ μάλα δὴ τέθνηκε μενοιτίου ἄλκιμος υἱός. nẽpe iã obiit Menœtii ſtrẽnuus fili9. Ἡ ſuppoſita ſola aſpiratione, rectus eſt articuli præpoſitiui fœminini, ἡ τιμή: addito uero graui ἣ. i. quæ etiã, rect9 articuli poſtpoſitiui eiuſdẽ generis, & pronoĩs poſſeſſiui, ὅς ἥ ſu9 ſua, apud poetas. ᾗ ſuppoſita aſpiratione & circũflexo, aduerbiũ etiã cõfirmãdi & circũſcribẽdi, ᾗ θέμις ἐστὶ, quaten9 fas eſt. Itẽ loci, ᾗ qua pte et quo. et ſilitudinis. i. queãdmodũ. eſt et datiu9 articuli poſtpoſitiui fœminini. i. cui: et pronoĩs poſſeſſiui tertiæ pſonæ ὅς ἥ, ſu9 ſua, ᾗ ſuæ apud poetas. Habet autẽ ſubſcriptũ. i. quoties aſpiratur ſimul et circũflectitur. Ἢ cũ tenui & graui aduerbiũ, ualet q̃. eſt etiã cõiũctio diſiũctiua explanatiua & dubitatiua. exẽpla iã poſita ſunt. eſt & ſubdiſiũctiua, quũ indiſcrete & ſine optione diſiũgit. ut δός μοι χρυσὸν ἢ ἄργυρον, da mihi aurũ aut argẽtũ. i. alterutrũ. Alias etiã ualet καὶ, ut μίνως ἢ περὶ νόμων. Minos uel de legib9. i. et de legib9. Poſtremo à philoſopho induci ſolet ad ſoluẽdũ problema p διατί propoſitũ. ubi ἢ unà cũ ſolutione, præ ſe fert modeſtiã dubitãdi pcõtãdiq;, id qđ uel inde fit manifeſtũ, q ubi q̃ſtionis ratio nõ ſimplex ſubiicitur, primũ locũ obtinet πότερον (q̃ procul dubio dubitãtis eſt et pcõtãtis.) deinde ſeqtur ἢ eãdẽ habẽs uim. ut ſectionis. 5. proble. 5. διατί δὲ τὰ περὶ τὴν κοιλίαν πιότατα. πότερον ὅτι ἐγγὺς τῆς τροφῆς. ἐν ὅσῳ οὖν τἄλλα παρ' ἐκείνης λαμβάνει, αὐτὴ πολλάκις λαμβάνει. ἢ ὅτι ἥκιστα πονεῖ.



κάμπτας γὰρ οὐκ ἔχει. Theod. cur uẽter opimus admodũ eſſe ſolet. utrũ q cibo propinquius eſt. dũq; cætera mẽbra ex uẽtre hauriũt, uẽter ipſe ſibi ſæpius ingerit. an quoniã minime uẽter laborat. flexibus ẽm hic nullis cõtorquetur. Alias ubi ratio ſimplex eſt, ἢ tãtũ apponitur. ut in eiuſdẽ secti. 5. proble. 3. διατί ἡ γαστὴρ μόνον λεπτύνεται τῶν γυμναζομένων. ἢ ὅτι πλείστη ἡ πιμελὴ περὶ τὴν γαστέρα. Theodo. cur uenter tãtũmodo extenuatur, eorũ q ſe exercitationi dederũt. An quoniã uẽter pingue amplectitur plurimũ. Hic autẽ et in ſimilib9, apte ne ſoli ἢ reſpõdeat an ſola: et ſubiiciẽdũ ne huic ſemp ſit interrogationis ſignũ, qđ in græcis exẽplaribus nõ eſt, alii uiderint. Illud nõ indignũ animaduerſione: q Alexãder Aphrodiſieſis Ariſtotelis interpres, problemata ſua ppetuo ſoluit p ὅτι. i. quoniã, præpoſitis alicubi uerbis λέγω uel φημί idest dico uel aio q, aut per ſimile quidpiã abſq; dubitãdi notis. quin etiã Ariſtoteles ipſe aliquoties uſurpat ὅτι ac διότι ſeorſum, & abſq; ἢ, ſed raro admodũ. At Plutarch9 problemata Romanorũ Ariſtotelico more exoluit, per πότερον uidelicet atq; ἢ: extera uero inducta ſtatim ratione aut narratione, ſimpliciter interpretatur abſq; dubitandi particulis. Ἵνα quandoq; uſurpatur pro ὅπου aduerbio loci, ideſt ubi. ἵνα δέος, ἔνθα καὶ αἰδώς. ubi timor, ibi & pudor. Cauſales ſiue finales & continuatiuæ, quũ incerti qdpiã præ ſe ferunt, optatiuo iunguntur, aut indicatiui indefinitis paratatciſue. ἀφίκετο ἵνα θεῷτο, uenit ut ſpectaret. εἰ γὰρ ἑώρων, ἀπέφυγον ἄν, ſi uidiſſem, utiq; aufugiſſem. Sic εἰ ἐθεασάμην, θεασαίμην. Quod ſi præſens aut præteritũ indicatiui huic demus, iam fiet ſubcõtinuatiua. i. ſiquidem. ut εἰ ὁ θεὸς πάντα οἶδεν, ſiquidem deus omnia nouit. εἰ ὁ ἄνθρωπος ζῶόν ἐστι, ſi homo animal eſt. In ſacris literis cũ indicatiuo ſeruit abiurationi. ἀμὴν λέγω ὑμῖν, εἰ δοθήσεται τῇ γενεᾷ ταύτῃ σημεῖον Mar. 8. Amẽ dico uobis, ſi dabitur generationi huic ſignũ. i. neutiquã dabitur. Quæ forma ab Hebræis ſumpta eſt. Latini addere ſolẽt diſpercam, uel emoriar ſi. Etiã cũ indicatiuo interrogat & dubitat. Actu. 1. οἱ μὲν οὖν συνελθόντες, ἐπηρώτων αὐτὸν λέγοντες, κύριε εἰ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἀποκαθιστάνεις τὴν βασιλείαν τῷ ἰσραήλ; ὅτι tripliciter accipi ſolet nominaliter quũ interpoſitã habet hypodiaſtolẽ. ὅ,τι. i. qđcũq;. eſt enĩ neutra termĩatio ab ὅστις ἥτις, ὅτι. qcũq; q̃cũq; qđcũq;. Et cõiũctiue ad ſignificãdã cauſã. i. qa quoniã. Itẽ aduerbialiter ad augẽdũ. ὅτι τάχιστα q̃ citiſſime. et ad cõfirmãdũ atq; explanãdũ. λέγει ὅτι ἥξει, dicit q ueniet. Ἄν qa rẽ actionẽue in potẽtia ſiſtit, præteritis pfectis nõ iũgitur: qppe q ea pfectã actionẽ ſignificent. Amat autem futura præterita impfecta pluſquã perfecta & indefinita. q hæc imperfecte fere & indefinite ſignificent. ſed imprimis tempora optatiui. qui modus ambiguis narrationibus deſeruit: ſicut e diuerſo indicatiuus definitis. unde indicatiuo magis congruunt aduerbia confirmatiua & coniunctiones cauſales, et aliæ ſimiles.

Tandẽ quoniã coniũctiones, eſt ſecũ eſt cũ aduerbijs tam in ſyntaxi, quã etiã in cõpoſitione ſubinde cõmiſcẽtur: et alioqui in huiuſcemodi particulis emphaſis plærunq; aut uenuſtas quædã, uel ſecreta orationis uis latet: catalogum carũ hic attexam cum latinis interpretationibus. Καὶ γὰρ etenim. καί τοι καὶ, καὶ γὰρ αὖ quin etiam. καὶ γὰρ καὶ, καὶ μὲν δὴ καὶ, καὶ δὴ καὶ etiam adhuc atq; adeo. ἀλλὰ καὶ ſed etiam. ἀλλὰ δὴ καὶ atq; etiam. καὶ μὴν, καὶ μὴν καὶ quin etiam. καὶ δῆτα equidem. Τὸ μὲν γὰρ δὲ. et τῇ μὲν, τῇ δὲ ualent τοῦτο μὲν, τοῦτο δὲ, ideſt partim, uel cum tum: πάνυ μὲν οὖν, πάνυ γε, καὶ μάλα ſunt aſſeuerantis ideſt admodũ ſanè quidem: μέντ᾽ ἂν utiq;. μέντοι uero. οὐ μὲν δὴ minime uero: μὲν γὰρ δὴ itaq;. Δὲ, autem uero, interdum ſeruit aſſeuerationi. Herod. εὗρε χρήματα μὲν οὔ, τὸν νεκρὸν δὲ. pecunias quidem non inuenit, cadauer autẽ. ſ. ſic. δέ τοι idem eſt cum γάρ τοι, ideſt etiam uero. δέ γε, δέ που. idem quod δέ. Τε q;. οὔτε neq;. τά τε ἄλλα καὶ ὅτι, cum ob alia, tum. τε et καὶ eleganter uerti ſolent per cũ et tum. Ἤτοι ſiue. ideſt. ἤγουν, εἴτουν ideſt, uidelicet. ᾗ qua ratione eatenus. ᾗπερ qua quidem ταύτῃ quatenus hoc pacto itaq; idcirco. ταῦτα δὲ, ταῦτα δὴ, ταῦτ᾽ ἄρα. hac de cauſa. Εἰ ſi nunquid. εἴπερ ſi ſiquando quandoquidẽ. εἰ δ᾽ ἄρα, εἴπερ ἄρα, εἰ δὲ μὴ ſin minus alioqui. εἰ δ᾽ ἄγε pro ἄγε δὴ, uel pro εἰ βούλει ἄγε. εἴ, που. εἴ, πως. εἴ, πη ſi. Ἂν ἐὰν ἢν ſi. κἂν q; ſi ſin etſi atq; adeo. κἂν εἰ etiam ſi. κἂν εἰ μὴ tametſi etſi non. ἐὰν δέ q; ſi quid ſi.

Ἐπειδὴ, ὅπου, ὁπηνίκα quãdoquidem. ὁπόταν, ἐπειδ᾽ ἂν quãdo quãdocunq; poſtquàm. ἐπειδὴ τάχιστα ſimul ac. alias ὅπου, ὁδήποτε et ὁτιδήποτε ualent quodcũq;. ἐπεὶ quidem quãdo poſtquã alioqui. ἐπεί τοι alioqui. Ἐφ᾽ ᾧ, ἐφ᾽ ᾧτε, ἐφ᾽ ὅτῳ ut quare quãobrem. ὅπως ut quomodo poſtquã quemadmodũ. ὅπως ἂν, ὡς ἂν quocũq; modo quonã pacto. ὡς μὴ, ὅπως μὴ ne ut ne. Γὰρ enim. γάρ που, γάρ τοι, γὰρ δὴ, γὰρ δή που, γάρ τ᾽ ἂν, γάρ τοι ἂν, γὰρ αὖ, ferè idem pollent quod γὰρ. μὴ γὰρ δὴ, οὐ γὰρ δὴ, οὐ γὰρ ἄν που. ideſt minime, abſit. ἢ γὰρ ἂν nam ſi alioqui. οὐ γὰρ ἂν alioqui neutiquã enim. Μὴ ὅτι, οὐχ ὅτι, οὐχ ὅπως nõ modo nedum non ſolũ non. οὐχ ὅτι μὴ non quin. οὐχ ὅπως, οὐχ ὡς non ut. οὐ γὰρ ὅπως neq; enim tantũ. μὴ γὰρ ὅτι nõ enim ſolũ. μὴ ὅτι μὴ, niſi. Ἀλλὰ ſed ſed etiã. ἀλλὰ νὴ Δία, et νὴ Δί᾽ ἀλλὰ at enim at Hercule. ἀλλὰ γὰρ, ἀλλὰ δὴ at enim ſed enim. ἀλλ᾽ ὅμως, ἀλλ᾽ οὖν, ὅμως δ᾽ οὖν attamen. ἀλλά τοι at uero atqui. ἀλλὰ μὴν at uero enimuero atqui. οὐκοῦν atqui nempe. οὔκουν minime nonne. οὐ μὴν ἀλλὰ, οὐ γάρ τοι ἀλλὰ, οὐ μέντοι ἀλλὰ. at uero enimuero. οὐ μὴν nec uero. οὔτε μὴν, οὐδὲ μὴν, οὐ μέντοι, οὐ μὴν οὐδὲ, οὐ μὴν ἀλλ᾽ οὐδὲ neq; tamen. ἦ μὴν nempe. καὶ μὴν uere cæterũ. μέν τοι uerũtamen rurſum. μέν τοι γε uerum. ἀτὰρ cæterum. ἔμπης tamen. καί τοι atqui tametſi quãuis eſt quidem. καίτοιγε quanq;, εἰ καὶ



καὶ etiã ſi. καὶ εἰ et ſi. οὐ μήπω, οὔπω nondũ. οὐ μὲν οὖν, οὐ μὲν οὖν γε neutiquã atqui nõ.

Τοίνυν atqui igitur uero. ἔτι τοίνυν iam uero. οὐ τοίνυν neq; uero. ἄρα igitur. ἆρ᾽ οὖν ergo, itaq;. ἄρα γε igitur. καίτοι itaq;. καὶ δὴ continuo. ταῦτ᾽ ἄρα igitur, idcirco. ταύτῃ ideo propterea. Ἆρα num. ἆρα μὴ nunquid. ἀλλὰ μὴ nunquid, non autem. ἀλλ᾽ οὐ, ἀλλ᾽ οὐχὶ an non, non etiam. ἢ οὐ, ἢ μὴ an non. ἦ γὰρ nonne. ἀλλ᾽ ἦ nunquid. τί μὴν, πῶς δ᾽ οὔ quid ni? μὴ ἆρ᾽ οὐ an non. ἆρά γε, ἆρ᾽ οὖν, utrum igitur. ἆρά ποτε utrum tandem. οὐ γὰρ an non. μῶν num. μῶν μὴ nonne. ἢ an alioqui quàm potiuſquã uel. Μὴ nunquid. μήποτε an non potius, uide ne forte, fortaſſe, nunquam neutiquam. μήτοι, μήτοιγε ne, minime, non. οὔτοι, οὔποτε. nequaquam, abſit, non. Ποῦ ubi fortaſſe uidelicet. Δήπου, δῆτα nimirum nempe tandem. μὴ δῆτα abſit nequaquam. οὐ δῆτα, minime. οὔτι που, οὔτι μὴ num forte non. μήτι, μήτιγε, μήτιγε δὴ, μήτι δὴ, μὴ ὅτιγε, μὴ ὅτι δὴ, μήτοιγε, οὐχ ὅπως, nonſolum non nedum. οὐχ ὅσον, οὐχ οἷον nedum.

Δὴ iam demum porro. φέρε δὴ age uero. τί δὴ, τί μὴν, τί οὖν, τί δ᾽ οὖν quidnam. γὲ, ἀλλὰ, ἀλλά γε, ἀλλ᾽ οὖν γε ſaltem. γε δὴ, γέ τοι, γὲ οὖν certe quidem, certe uero. μὴν, γοῦν dumtaxat certe quippe, at certe. γε μὴν quidem uero. χολῇ γε, χολῇ γ᾽ ἂν uix, nullatenus. Τοὶ ponitur pro γὲ. unde οὕτω τοι ſic quidem, πάνυ τοι admodum, γάρ τοι, τοιγάρτοι etiam uero. αὖ, αὖτε uero rurſum porrò. Οὖν ergo. ἀλλ᾽ οὖν certe ſaltem attamen. Cõponitur οὖν cum multis nominibus. unde ὁστισοῦν, quicunq; quiſquis. Item μηδ᾽ ὁστισοῦν, οὐδ᾽ ὁστισοῦν nullus, ὁποιοστισοῦν qualiſcũq;, ὁποσοστισοῦν quantuſcunq;, ὁποσοσοῦν quotuſlibet, quod etiam ὁποσοσδήποτε dicitur. Sic ὁποσοσοῦν quantuſlibet, ὁποτεροσοῦν et ὁπότερος δήποτε uterlibet. ὅπερ οὖν uel ὁπεροῦν, quod quidem. Item ὥσπερ ſicut. δήπου uero. δήπουθεν utiq;. μέν που, nempe. ἦ που, ἦ πουγε nonne nempe nimirum multo magis multo minus nedum. ἤ που, ſiue quàm quanquàm.

Ποῦ fere ad ſolum ornatum adijcitur. ut in illis γέ που, ὅσπου, τάχα που, ἴσως που, οὔτω που, μέντοι που. Ὅπου δὴ ubicunq; alicubi. ὅπου ποτὲ, ὅπου δήποτε ubi ubi. ὅπως δὴ quouis modo. ὅπως δήποτε utcunq;. ὅπως ποτε, ὁπωσοῦν, ὁπωσδηποτοῦν, ὁπητιοῦν, ὁπηδήποτε, ὅπῃ ἂν, ὅπῃ οὖν, ὁπωσ τιοῦν, quocunq; modo quacunq; uia ratione ue. Sed iam finem faciam.

## De literis & earum diuiſione atq; accidentibus. Cap. I.

Literę ſũt apud gręcos vigiti q̃tuor hac ſerie. α. β. γ. δ. ε. ζ. η. θ. ι. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. ϖ. ρ. σ. τ. υ. φ. χ. ψ. ω. Quarũ ſeptẽ ſũt φωνήεντα. i. vocales. α. ε. η. ι. ο. υ. ω. reliquę σύμφωνα, hoc eſt cõſonãtes. Ex vocalib⁹ η. et. ω. natura lõgę. ε. et. ο. natura breues. α. ι. υ. ancipites. Ex cõſonãtib⁹ nouẽ dicunt̃ ἄφωνα. i. mutę. β. γ. δ. ϖ. κ. τ. φ. χ. θ. octo reliquę ἡμίφωνα. i. ſemiuocales, videlicet. λ. μ. ν. ρ. ζ. ξ. ψ. σ. Ex mutis tres vocãtur ψιλά. i. tenues. ϖ. κ. τ. tres δασέα. i. aſpiratę. φ. χ. θ. tres μέσα. i. medię. β. γ. δ. Quę rurſus tripliciter iter ſe cõparant̃. Primo eñ. ϖ. φ. β. in eadẽ ſunt cognatione: qppe quũ aere tãtũ inter ſe differãt. quẽ. π. efflat tenuẽ. φ. craſſum. β. inter vtrãq; mediũ. Deĩde. κ. χ. γ. alterã habẽt cognationẽ interſe. Pari eñ forma ſolo aere differũt. quẽ. κ. emittit tenuẽ. χ. craſſũ. γ. mediũ. Poſtremo ĩ tertia cognatione ſunt. τ. tenuis. cui ſimilr̃ reſpõdet. θ. craſſa, et. δ. vtriuſq; media. Formantur autẽ. ϖ. φ. β. ĩ labiis. κ. χ. γ. in gutture. et. τ. θ. δ. in oris cauitate.

Ex ſemiuocalib⁹ quatuor dicũtur ἀμετάβολα. i. immutabiles. λ. μ. ν. ρ. q̃ in nominũ & verborũ inflexionib⁹ inuariatæ fere maneant; tres διπλᾶ. i. duplices; q̃ binas includant cõſonãtes. Nam. ζ. valet. σδ. ξ. vero. κσ. et. ψ. ϖσ. Vltima. σ. ἄσημον dicitur. i. immunis, q̃ officio careat. Dicuntur etiã ex vocalibus quędam mutabiles aliæ immutabiles. qua de re alias dictũ eſt.

Lr̃ę accidũt qnq;. Figura, qua vnaq̃q; viſu ab aliis diſtinguit̃. Nomẽ quo appellat̃. Prolatio, qua cuiuſq; peculiaris vis aurib⁹ accipit̃. Ordo, quo aliæ prępon i, alię poſtponi cõſueuerũt. Et cognatio, qua alia in aliã cõmutatur.

| Figuræ. | Nomina. | | plationes. | Figuræ. | Nomina. | | prolationes. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A. α. | ἄλφα. | Alpha | A. | N. ν. ν ℵ | νῦ. | ny. | n. |
| B. β. Ϭ u | βῆτα. | uita. | b. | Ξ. ξ. ξ | ξῖ. | xi. | x. |
| Γ. γ. γ Γ | γάμμα. | gãma | g. | O. ο. | ο μικρόν. | o micrõ. | o paruũ. |
| Δ. δ. ∂ | δέλτα. | delta. | d. | Π. Γ. π. ϖ. | ϖῖ. | pi. | p. |
| E. ε. ϵ | ἒ ψιλόν. | e pſilõ. | e breue | P. ρ. | ῥῶ. | rho. | r. |
| Z. ζ. ξ Ƨ | ζῆτα. | zita. | z. | Σ. σ. ς. | σῖγμα. | ſigma. | ſ. |
| H. η. h | ἦτα. | ita. | i. lõgũ | T. τ. Ƶ ϒ | ταῦ. | taf. | t. |
| Θ. θ. ϑ | θῆτα. | thita. | th. | Υ. υ. | υ ψιλόν. | ypſilon. | y. |
| I. ι. | ἰῶτα. | iota. | i. | Φ. φ. | φῖ. | phi. | ph. |
| K. κ. ϰ | κάϖϖα. | cappa | c. | X. χ. | χῖ. | chi. | ch. |
| Λ. λ. Γ | λάμβδα. | lãbda. | l. | Ψ. ψ. | ψῖ. | pſi. | pſ. |
| M. μ. | μῦ. | my. | m. | Ω. ω. | ω μέγα. | o mega. | o magnũ. |



SCHOL. Dicturi de orthographia & proſodia, rectè à literis auſpicamur: quãdoq̃dẽ literas illa dirigit, hæc ſyllabã ex literis cõſtãtẽ. Deinde τῶν γραμμάτων, i. literarũ denomĩatio, ſicuti & orthographiæ, ἀπὸ τ̃ γράφειν. i. a ſcribẽdo eſt. ut ſit γράμμα quaſi ſcriptura. Vnde grãmatica ipſa dicta: cui⁹ prima principia lr̃æ ſunt, idcirco ςοιχεῖα quoq;. i. elemẽta appellatæ. Poſt quarũ diuiſionẽ, de prolatione & alijs accidẽtib⁹ fuſius dicẽdũ. Literarũ igitur, tã græcarũ, q̃ latinarũ ueteres uraſq; prolationes, & ſi iã olim magna ex ꝑte peneq; irreparabiliter amiſiſſe uidemur, qcũq; alijs linguis ab incunabulis aſſueti, græcã latinãuc tanq̃ peregrinas adſciuim⁹: opæpreciũ tamẽ arbitror eas ſigillatim indagare: inito prius cũ ſtudioſis pacto, ut ſi quas in uſũ lõge diuerſum abijſſe deprehẽderint, nõ in hoc ad amuſſim reuocare ſtudeant, ut ſtatim obſeruãdas obtrudant abnuẽti populo barbaro. Fuerat quidẽ æquũ atq; optabile, ueterũ normã rationẽq; ipſam omnino præualere. ſed nimirũ conſuetudo uicit: quæ cum omniũ domina rerũ, tum maxime uerborũ eſt, ut Sulpitius Apollinaris dicebat. Quando igitur uiciſſitudo rerũ eſt: ſeruiendũ tempori hac in re cenſeo, loquendumq; non tantũ cum Fauorino uerbis, ſed & uocibus præſentibus. Enimuero quũ uulgo nũc audiamus, eãdem ſcripturã uarijs uocibus apud uarias nationes proferri: ut à iunioribus & noſtratib⁹ intelligamur, nõnũquã cũ multitudine prudentes errabim⁹. ne dum ſcioli uideri uolumus, nos ipſos alijs irridendos exhibeam⁹. Et ut exẽplũ latinũ ac familiare proponatur: hodie hãc ſcripturã Cicero plæriq; Hiſpani nõ multo diuerſius enũtiant, quã Zizero: Galli cõtra & Valentini ꝑinde ac ſi eſſet Siſero: Itali uero ſicut Hiſpanice profertur chichero. Quæ diſcordia, quũ paſſim inter eruditos deprehendatur, quonã Palæmone plauſibiliter cõponetur? quiſue Ariſtarchus hic ferẽdus erit: ſi is nõ cõtentus tot gentes erroris dãnare ſuãq; cenſurã quantũuis rectã hoc edicto promulgare. c. uidelicet ſequentibus. e. uel. i. ut in Cicero & eiuſmodi, eadem prorſus oris figura proferẽdũ, qua ſequẽtib⁹. a. o. u. ĩ cacus cõcuſſus & ſimilib⁹: ob eã adhuc rationẽ in publico ſic enũtiet, ut Hiſpani quiq̃ro? Qd̃ nõnulli nũc grãmatici ꝑtinaciter faciũt: quã magno apud pueros ſuos applauſu neſcio: nõ modico certe prudentiorũ cõtẽptu, uulgiq; apto diriſu. Deniq; tyronẽ primũ moneo: ut receptiſſimas quaſq; prolatiões, quaten⁹ fieri poſſit, cõſectetur: deinde ne ubiq; ſufficere putet, ad explicãdũ quarũuis literarũ ſonũ, qd̃ ſcripto præcipitur. Hic eñi ut plurimũ uiuæ uocis actio neceſſaria eſt. cũ qa latinæ lr̃æ q̃s ſingulis græcis, quaſi eiuſdẽ uocis opponim⁹, nõ oẽs illis ad amuſſim reſpõdent: tũ qa nr̃a tẽpeſtate in uarias eaſq; barbaras uoces genuinæ utriuſq; linguæ prolationes diſſectæ ſunt. A, igitur oĩno ſonat ut. a. B. uulgo laxi⁹ q̃. b. profertur, ita ut ad. u. cõſonãtẽ declinet, ut βίος uios. Quo uitio ꝑpetuo laborat in Hiſpania Burgenſis diœceſis enũtians ueſtia uene, pro beſtia bene. Quin eadem adhuc uitium ge

minat, quũ præpoſtere profert, bita binũ bacca, pro uita uinũ uacca. Aetate Ciceronis β. idem ſonabat quod. b. ut liquet ex quadam eius epiſtola ad Papyriũ Pætum. Nunc uitioſe per. u. efferri uel illud argumento eſt, ꝙ quũ muta ſit, labijs cõprimi debuit, quemadmodũ eius tenuis. π. et aſpirata. φ. Atqui. u. e diuerſo labijs uallo dentiũ diductis efflatur. Confirmat hoc. βῆ. ouium balatus. quas. be. ſonare ſentimus non. ue. Cratini locus citatur his uerbis. ὁ δ᾽ ἠλίθιος, ὥσπερ πρόβατον, βῆ βῆ λέγων βαδίζει. Is autem (inquit) fatuus, quaſi ouis, be be ſonans ambulat. Neq; uero reijcienda omnino ſunt inarticulatarum uocum, quæ naturales animalium ſunt, exempla. Γ. ſonat ut. g. et quidem cũ uocibus. a. o. u. ſyncere nunc proferuntur ambæ. ut γάμος gamos, λόγος logos, λόγου logu. at uero cum. e. i. corrupte varieq;. Nempe Hiſpani latinum. g. in age agis et eiuſmodi, peculiari ſono efferunt, ſicut in uernaculis geſto gil. Itali pleriq; perinde ac. z. ſic age aze, agis azis. Ad quem fere modũ ubiq; nũc in. γ. peccatur: græcis quidem ipſis quaſi. i. conſonans perperam enuntiantibus: alijs uero ſiue hoc eodem ſono, ſiue alio, ſuæ cuiuſq; linguæ magis familiari. Mutat autem proprium ſonũ. γ. ſequentibus. γ. κ. χ. ξ. tunc enim ſonat. ν. ut ἄγγελος angelos, ἀγχίσης Anchiſis, φάλαγξ phalanx, ἀγκὼν angon, non ancon. quia. κ. quoties ſequitur, tranſit in ſonum. γ. præcedentis. Δ. omnino ſonat, ut. d. Et. ε. ſicut. e. ut. δὲ. de. Z. eſt. ζ. ualetq;. σδ. in quas par fuit in proferendo ut reſolueretur, ſicut. ξ. bene reſoluitur in. κσ. et. ψ. in. πσ. Enunciandum itaq; ex analogia fuerat φράζω, ueluti φράσδω, et ζωὴ ut σδωὴ, dorico more. Sed eam pronunciationem tanquàm difficilem ac retortam uitantes, in ſonum propinquum ac lenem, apium ſuſurro perſimilem mutamus. ζ. quoq; latinorum in horridum bombum. Fabius iocundiſſimas eſſe teſtatur apud græcos. ζ. et. υ. quibus (inquit) nullæ apud eos dulcius ſpirãt. Et ſubdit. quas mutuari ſolemus, quoties illorũ nominibus utimur. quod quũ cõtingit, neſcio quomodo hilarior protinus renidet oratio, ut in zephyris zopyriſq;, q̃ ſi nr̃is literis ſcribãtur, ſurdũ quiddã & barbarũ efficient. ſed uelut in locũ earũ ſuccedunt triſtes & horridæ, quibus græcia caret. Hæc Fabius. Ex quibus illud intelligimus. ζ. olim apud Romanos aliter prolatum quàm. z. Item. υ. aliter quàm. y. Nunc eodem ſono enunciamus. ι. υ. υι. y. οι. ει. η. ῃ. H. perinde nunc profertur ac ſi eſſet. i. longum cum ſit. e. longum. Ex. η. per uirgulam tranſuerſam interſecta, duæ propemodum. ε. ε. fiunt ſic. ⊢⊣. quas geminas continere dicitur. η. tam figura, quàm etiam tempore, nimirũ ſemper longa duas ſemper breues. atq; ita trãſfertur à latinis per. e. longum. ut Δημοσθένης Demoſthenes. κρατὴρ crater. E. quoq; hebræum græce redditur p. η. ſicut latine per. e. Ἠλίας Ἰησοῦς Ἠσαῦ. Helias Ieſus Eſau. Ad huius cõfirmationem facit quod de βῆ. ouium balatu modo adduximus. Θ. ualet. t. addito aere ſiue flatu, ita ut referat anſeris ſtrepitũ, ut θεός theos cum aſpiratione. ad quem modũ efferri oportuit. th. à latinis, non exiliter quaſi. t. ſolum, ut nũc uulgus profert.

I. eſt. i. ſed nunquàm fit conſonans. Ἰησοῦς ergo ita uoce diſtinguendum eſt, ut appareat eſſe trium ſyllabarum, et Ἱερουσαλὴμ ut quinq;. K. ualet. c. in qua itidem peccatur nunc ut in. γ. Nam cum uocibus. α. ο. ου. recte uulgo profertur. ut κακὸς κακοῦ, cacos cacu. ſed cum. ε. ι. praue ac diuerſe. ut in κικέρων et ſimilibus. quæ hoc tẽpore à græcis ſono quoddam medio inter has hiſpanicas prolatinoes. chi. qui. che. que. enunciantur. Hiſpani ſono peculiari per. ch. efferimus. Simile quiddã contingit in. c. latino. Λ. ſonat. l. M. uero. m. Et. ν. n. ut λιμένα, limena. Sed. λ. et. ν. ſequente uoce. ι. ex conſuetudine mutant ſonos proprios in alios preſſiores. quales reddunt. ll. et. ñ. Hiſpanice prolata. Ξ. ualet. κσ. ut ἄξιος. axios. Cauendum autem, ne & hanc corrumpamus ſicut. x. uulgus, quũ dixi enuntiat punice. O. idem pollet quod. o. breue, ut πόνος ponos. Π. ſonat. p. ſed præcedente. μ. uulgo profertur quaſi. b. ut ἄμπελος ambelos. præcedente quoq;. ν. in alia dictione, eodem modo. ut τὴν πρᾶξιν tin braxin. quanquàm utrũq; grãmatica ratione carere uidetur. P. fortius ſonat in principio, quàm in medio aut in fine. ut ῥώμη Rhomi, Ἄραρ Arar. quod ipſum in. r. quoq; latino ſentitur. Σ. à quibuſdã premitur quaſi geminũ. ſſ. ſic μοῦσα muſſa.

T. æquipollet literæ. t. niſi ꝙ præcedẽte. ν. quaſi. δ. efferri ſolet, ut in πάντα panda. Y. ſonat. y. Φ. uero eſt. π. cũ aere hoc eſt. ph. profertur autem ſicut. f. ut φύσις phyſis. X. eſt. κ. cum ſpiritu. nunc cum. α. ο. ου. legitimum ſonum habere uidetur. ut in χάρτη χορδὴ λόχου, charti chordi lochu. Profertur enim aere è gutture erũpente, ſicut chaph hebræum. Sed cum. ε. et. ι. diuerſo modo, ſicuti de. γ. et. κ. eius cognatis dictũ eſt. Græci huius tempeſtatis iuxta eam exilitatis proportionem quã in. κ. ſemel uſurparũt, aſpiratam eius. χ. efflant. Hiſpani uero ea uoce proferimus, qua illas à pœnicis acceptas. xe. xi. ut in χελιδὼν χοῖρος, xelidon xiros. Ψ. omnino profertur ut. πσ. ex quibus conſtat. Ω. geminum. o o. continet non figura tantum ſed quantitate quoq;, ſicuti de. η. dictum eſt. proindeq;. o. longum ualet, ut ὥρα hora.

## De ordine cognatione & geminatione lrarũ deq; xii. diphthõg. Ca. 2.

ORdo in vocalibus deprehenditur in diphthongis. vnde. α. ε. η. ο. ω. dicũtur προτακτικά, ideſt præpoſitiuæ. ι. et. υ. ὑποτακτικά, ideſt poſtpoſitiuæ. Diphthõgi ſunt duodecim, ſex proprie dictæ, videlicet. αι. ſonãs. æ. vt αἰγίς ægis. αυ. quæ ſonat vt aue, ſi tollas è vltimum. ει. quæ nunc profertur ſicut. i. δαρεῖος darios. ευ. ſonans velut eua rapto. a. vltimo, vt ἔσευα eſeua. οι. quæ nunc enuntiatur ſicut. ει. vt οἶκος icos. ſed ad latinos trãſit modo in. œ. œcos, modo diſſoluitur, τροίη Troia. ου. valet. u. nunquã ta

men fit conſonans. Itaq; οὐαλέριος quinq; ſyllabarum eſt apud græcos.

Reliquæ ſex impropriе dicūtur, videlicet ᾳ. ῃ. ῳ. υι. ηυ. ωυ. quarum prolationes ſic habent. ᾳ. iota paruulo ſubſcripto, valet. a. vt τῷ ἀνεῖᾳ ænia. ῃ. iota itidem ſubſcripto profertur vt. η. ſiue vt. ι. longum. τιμῇ timi. ῳ. eodem iota ſubſcripto, ſonat ſolum. o. longum. λόγῳ logo. Reperitur etiam in his tribus paruum illud. ι. aſcriptum antiquorum more ſic. αι. ηι. ωι. quarta υι. nunc profertur, vt ſolum. y. quū valeat. yi. vt ἅρπυια harpyia. ηυ. ſonat vt iui dempto. i. finali, ἀπηῦρα apiura triſſyllabum, ita vt. u. ſit conſonans. ωυ. ionum propria ſonat vt oua dempto. a. ὠυτὸς, outos diſſyllabum, ita vt. u. fiat conſonans.

In conſonantibus quoq; eſt certus ordo. Nam in fine dictionum neq; ex mutis collocatur vlla, neq; ex ſemiuocalibus. λ. μ. ζ. Ad hæc eadem conſonans geminata nunquàm incipit neq; finit dictionem. Porrò tres conſonātes, quarum duæ idem valeant, nunquàm in dictione ſimplici coniunguntur. In compoſitis vero quandoq; fallit regula, fallit etiam cum præcedit muta ſequente liquida, vt in συγγνώμη. Eſt præterea certa lex inter conſonantes, quæ præſcribit, quomodo inter ſe copulandæ ſint ad ſyllabæ comprehenſionem. Ex qua regulæ huiuſmodi eliciuntur. Omnis conſonans inter duas vocales ad ſequentem pertinet, vt ἄγω, δικάζω: quod de ſimplicibus eſt accipiendum. Nam in ἐξάγω. ξ. ad. ε. pertinebit potius quàm ad. α. ſequens. atq; itidem in eiuſmodi compoſitis. Ad hæc ablata per apoſtrophum vocali, ſequens vocalis pertinet ad præcedentem conſonantem, vt κατ' ἐμοῦ. Conſonantes quæ in dictionū initio in comprehenſione reperiuntur, pari forma in comprehenſione erunt in medio, vt τρέφω, πλέω. Nam. τρ. et. πλ. quia in principio dictionum inuentæ, pertinent ad ſequentem vocalem: ideo in medio, vt puta in ἔτρεπον et ὅπλον, ad ſequentem vocalem ſimiliter pertinent, tam in ſcribendo, quàm in proferendo. Quæ ſi loca inuicem cōmutent, erunt in diremptione, vt ἄρ τος ἐλ πίς. in quibus. ρ. et. λ. ad præcedentes vocales pertinent. τ. et. π. ad ſequentes. Præterea conſonantes quæ in principio non inueniuntur in comprehenſione, quū inciderint cōnexæ in medio, in diremptione erunt. Itaq; ἐσ θλὸν et ὄγ δοον dirimuntur, quia nuſpiam reperitur dictio incipiens à. σθ. λ. neq; à. γδ. Vnde conſequitur conſonantes quæ geminantur, veluti. δδ. λλ. κκ. et alias ſemꝑ dirimi, ꝙ ſcilicet nunq̄ ſint inceptiuæ.

Cognatione quædam ex vocalibus in alias mutantur, vnde mutabiles



dictæ. α. ε. ο. ꝙ quando ſunt inceptiuæ thematum in verbis, mutantur in præteritis. α. quidē et. ε. in. η. ο. vero in. ω. et ſimiliter in penultimis futurorum in verbis circumflexis. Item. ε. penultimæ futuri interdum mutatur in. ο. in mediis præteritis, vt λέγω, λέξω, λέλογα. Quin & ab alia dictione in aliam diuerſam deriuatur ea cognatio, vt à λέγω λόγος, à φέρω φορά. Conſonantes quoq; quædam inter ſe cognationem habent. Nam aliæ pro aliis ponuntur: veluti aſpiratæ pro tenuibus, vt καθ' ἡμῶν, pro κατὰ ἡμῶν. vbi θ. eſt loco. τ. Item ὑφ' ἑαυτῷ, pro ὑπὸ ἑαυτῷ. vbi. φ. eſt pro. π. Item οὐχ ὅπως, pro οὐκ ὅπως. vbi. χ. eſt pro. κ. et pro mediis. λέγω λέλεχα. Itidem mediæ & tenues pro ſe inuicem & pro aſpiratis. vnde ἀντίστοιχα, ideſt ſuccedaneæ dicuntur, quorum exempla patuerunt in formationibus verborum.

Illud quoq; ad ordinem ſiue cognationem pertinet, ꝙ quædam conſonantes gaudent geminari, e diuerſo aliæ ſimul eſſe reformidant. Geminantur mediæ tenues immutabiles et. σ. aſpiratæ nunquàm, neq; duplices. vt κάββαλεν ἄγγος ἔδδεισε, ἵππος κόκκος ἀττικὸς, ἄλλος ἄμμος πίννα πόῤῥω, θάλασσα. Quod interdum compoſitione accidit. quum enim dictio finita in. ν. componitur cum incipiente à. γ. λ. μ. ρ. σ. fere. ν. mutatur in ſequentem conſonantem. vt συγγράφω συλλαβὴ σύμμαχος σύῤῥους σύσσιτος. alias ſequente. ν. manet geminata ἔννοια σύννους. Interdum deductione. ſicuti in fœmininis in. εσσα. à maſculinis in. εις. vt ἡ χαρίεσσα à χαρίεις χαρίεντος. et in gentilibus, vt ἡ λίβυσσα, κίλισσα, θρᾷσσα. et in verbis in. υω. deductis à finitis in. νω. vt à τίνω τιννύω καὶ τίννυμι. Porrò. λ. adhuc geminatur in verbis quintæ coniugationis non habentibus penultimam longam. vt ψάλλω θάλλω ποικίλλω ἀνατέλλω. præterquàm in θέλω πέλω. μ. quoq; geminatur in præteritis paſſiuis primæ coniugationis, vt τέτυμμαι, γέγραμμαι. Ad hæc. ρ. geminatum reperitur traditione ſiue origine, vt πυῤῥὸς. et vbi componitur cum dictione finita in vocalem, vt ῥῆμα ἐπίῤῥημα. ῥῆσις ἀνάῤῥησις. ῥῶστος ἄῤῥωστος. excepta εὖ. vt εὔρωστος. Et quum illi præponitur. ε. augmentum, vt ῥίπτω ἔῤῥιπτον. σ. etiam geminatur, vbicunq; Attici ſubſtituunt. ττ. vt γλῶσσα γλῶττα. ὀρύσσω ὀρύττω. πλήσσω πλήττω. Horum tamen quædam in vetuſtis codicibus per. τγ. leguntur. ὀρύτγω, πλήτγω. Poſtremo aduertendum geminata interdum diſſolui deriuatione. vt ab ἐννέα ἔνατος, à τέτταρα τέταρτος, à βάλλω βαλερός.

SCHOL. Sex diphthongos propriè dictas quidam adhuc appellant εὐφώνους id eſt bene ſonantes: item tres ex impropriè dictis, uidelicet. ᾳ. ῃ. ῳ. ἀφώνους id eſt mutas: q. i. illarum nihil ſonet. reliquas tres. υι. ηυ. ωυ. κακοφώνους, hoc eſt male ſonantes. Vnde perſpicuũ fit, etiam ex diphthongis nõnullas aliter nunc proferri quã olim. Nam ſi. αυ. ευ. bene ſonant, immerito dicitur male ſonare. ηυ. quũ eo modo. υ. nũc ſonet in hac, quo in illis. Item ſi. υι. quæ nunc eo ſono profertur quo. ει. male ſonat, et. ει. bene: nũc ergo altera profertur alia uoce quàm olim. Hic dices neutrã modo rectè proferri. Idipſum equidem ut in his atq; etiam in plæriſq; alijs tibi aſſentiar, non ſimplex ratio eſt quæ ſuadeat. Verũ omnia hæc ad priſtinã normã exigere, otioſum pleriſq; atq; odioſum fortaſſe iudicabitur. De conſonantiũ ordine multæ traduntur regulæ. è quibus hic aliquot ſubijtiam. Aſpiratæ duæ. φ. et. χ. præponũtur tertiæ. θ. in initijs & in medio. ut φθορὰ ἔφθην, χθὲς ἐχθρός. non tamen è diuerſo. nam. θ. illis nõ præponitur. Pari modo tenues locantur inter ſe. π. uidelicet et. κ. ante. τ. πτῶσις ἅπτω, κτεὶς ἀκτίς. et non ecõuerſo. Itidem mediæ. β. et. γ. ante. δ. βδάλλα ὄγδοον. niſi q. γδ. nunquã reperitur in principio dictionũ: ideoq; ſemper dirimitur. ὄγ δοον. Præterea aſpiratæ, neq; ſuis tenuibus, neq; medijs præcedunt. poſtponũtur autem ſolis tenuibus, idq; in diremptione tantũ. ἀτ θίς σαπ φὼ ἴακ χος. niſi q. χ. etiã ſubijcitur ſuæ mediæ. γ. ſed tunc. γ. ſono proprio amiſſo, profertur ſicut. ν. ut in ἄγχω λόγχη.

Ex immutabilibus. μ. ponitur ante. ν. in initijs μνεία: et in medijs ἀμνός. nuſquã autem illam ſequitur. ponitur quoq; poſt. θ. et. χ. in medio tantũ. ἀριθμὸς αὐχμός. Itidem. ν. poſt. φ. et. τ. ἀφνειός ἔτνος. At. λ. ν. ρ. locantur poſt. χ. et poſt. θ. in principio & medio. ut χλευάζω ἐχλεύαζον, χνοῦς ἀράχνη, χρὼς ἄχρηστος, θλάω ἔθλαον, θνήσκω ἔθνος, θράσος αἴθριος. Itidẽ poſt. φ. φλοιὸς ὄφλημα, φρέαρ ἄφρων niſi q. ν. cum hac tantũ in medio reperitur. ἄφνω. Immutabilibus etiã locus eſt poſt tenues ac medias, & in principio & quod plærũq; accidit, in medio. hoc modo. λ. poſt. κ. κλαίω ἔκλαιον. poſt. π. πλέκω ἔπλεκον. poſt. τ. τλῆμι ἄτλας. Item poſt. γ. γλήνη ἀγλαός. poſt. β. βλάπτω ἔβλαπτον. poſt. δ. non reperitur. At. μ. poſt. κ. et. γ. in medio tantũ. ἀκμὴ ὄγμος. poſt. π. nuſquã ponitur. neq; poſt. β. bene poſt. τ. et. δ. τμῆμα ἀτμής. δμὼς ἄδμητος. Et. ν. poſt. κ. κνισμὸς τέκνον. poſt. π. πνέω ἔπνεον. poſt. τ. in medio tantũ ἔτνος. Item poſt. γ. γνωρίζω ἐγνώριζον. poſt. β. nuſquam. poſt. δ. δνοφερὸς ἀριάδνη. Et. ρ. poſt eas omnes in utroq; loco. κράτος κέκραμαι, πράττω ἄπρακτος, τρέχω ἔτρεχον, γράφω ἄγρυπνος, βραδὺς ὄβριμος. δρῶ φαῖδρος. Duplex conſonans nunquã alteri cõſonanti præponitur, ſed neq; poſt ponitur, niſi raro cuipiam immutabili, idq; in medio tantũ ſiue in fine. Itaq; ξ. locatur poſt. λ. ὄλξ. et poſt. γ. quæ tamen uoce eſt. ν. Nam ante. γ. κ. χ. ξ. nunquã incidit. ν. ſed. γ.



ſed. γ. ut ἐγγράφω ἀγκὼν ἀγχίστης φάλαγξ. et poſt. ρ. ἄρξασθαι. ψ. tantũ poſt μ. et. ρ. ἔμψυχος, τέρψω. ζ. uero tantũ poſt. ν. et. ρ. raro tamen. μελάνζοφος. ἀρίοβαρζάνης. Σ. præponitur omnibus aſpiratis: σφάλλομαι ἀσφαλὴς, σχῆμα εὔσχημον, σθένος ἀσθένεια. Item tenuibus, σπένδω ἄσπονδος, σκηνὴ παρασκευή, στέλλω ἔστελλον. et medijs, σβεννύω ἄσβεστος. ſed ante. γ. tantũ habet locum in medio, φάσγανον. ante. δ. uero nuſquã, niſi dorice, σδωὴ pro ζωὴ, φράσδω pro φράζω. Locatur autem poſt. λ. ν. in medio & in fine. ἁλς τίρυνς, ἄλσος πέφανσαι. Itidem poſt. ρ. πυρσός. poſt. μ. nunquã. cui tamen ſæpe præponitur, σμῆνος ἄσμενος. reliquis immutabilibus non ita, niſi forte aliquãdo in cõpoſitione. εἰσρέω προσλαμβάνω, προσνέμω. Prætcrea. ν. in cõpoſitione cõuertitur in. μ. ſequente. β. μ. π. φ. ψ. ut σύμβουλος σύμμαχος συμπότης σύμφωνον ἔμψυχος. ſequentibus uero. γ. κ. χ. in. γ. ut ἐγγράφω, συγκλείω, ἐγχειρῶ. ſequentibus alijs, nunc cum ipſis geminatur, ut συλλέγω, nunc omnino exteritur, ut puta ſequente. σ. συστέλλω σύστημα. non tamẽ ſemper, ἔνστασις. ſicuti nec ſemper conuertitur in. σ. ſequentem, ἐνσείω πανσέληνος. Habent porrò dialecti & poetæ ſuas quaſdã rationes conſonantes atq; etiam uocales geminandi. de quibus ſuis in locis dicetur.

## De generali orthographiæ ratione, & de euphonia. Cap. 3.

Orthographię ratio in ſyllabis qbuſdã traditione cõſtat, vt in penultima huiꝰ dictionis αἰνείας. In aliis analogia. Nã vt δίκαιος habet. αι. ita quoq; δικαία et δίκαιον. In aliis etymologia, vt in αἰνείας. qđ habet. αι. ab αἰνέω αἰνῶ. Rurſus ſcriptura variatur analogia, etymologia, traditione, ſchemate. i. figura et dialecto. Analogia quidem, ex certis cõmunibuſq; præceptis inflexionũ aut formationũ, vt in τύπτω τύψω τέτυφα, κόπτω κόψω κέκοφα. ἀὴρ ἀέρος, ἀνὴρ ἀνέρος. Etymologia vero tripliciter, aut ex ſignificatione, vt λιμὸς fames, λοιμὸς peſtis, aut ex cõpoſitione. vt in cõpoſitis ab ὄνομα, quæ mutare ſolent. ο. prius in. ω. et poſterius in. υ. vt ἀντωνυμία ἱερώνυμος. aut ex deriuatione. vt in deductis à verbo diſſyllabo habente. ε. in priori, quæ mutant ipſum in. ο. vt à λέγω λόγος, à φέρω φορὰ, à νέμω νομή. Traditione. i. vſu & autoritate. ad quã confugitur quũ regula deeſt. vt puta φ φῃς habeat. ι. ſubſcriptum, quũ rationi & regulis omnino repugnet: autoritate tantũ defenditur. Schemate. vt puta vbi euphoniæ cauſa, aut mutãtur literæ, vt ἐξ αὐτοῦ, ſequente vocali, ἐκ πόλεως, ſequente conſonante: aut detrahũtur, vt οὕτω γὰρ pro οὕτως, quia ſequitur conſonans: aut addũtur, vt quũ datiuis pluribus nominũ, & tertiis perſonis verborũ in. ι. vel. ε. deſinentibus ſequente vocali adiicitur. ν. quod ἐφελκυστικὸν vocant, vt σώ

μασι δὲ, καὶ σώμασιν αὐτῶν. λαμβάνουσι δὲ, καὶ λαμβάνουσιν αὐτούς. τίθησι δὲ, καὶ τίθησιν ἐκεῖ. ἔτυπτε δὲ, καὶ ἔτυπτεν αὐτόν. aut cõglutinãtur. vt patuit ĩ cõtractionib. lib. 2. De dialecto dicetur. lib. 5. vbi etiã de hiſce figuris fuſius.

SCHOL. *Orthographia neutiquàm contẽnenda eſt: maxime ubi tanta diphthõgorum & uocalium pene idem ſonantium turba obſtrepit. uel quod ſæpiſſime unius literulæ aut toni immutatione ſignificatio uariatur, ut* ῥόδιος *Rhodius,* ῥόδεος *roſaceus.* θεὰ *dea,* θέα *ſpectaculum. Cuiuſmodi multa à Cirillo collecta in lexicis ſeorſum excuſa circumferuntur. Eſt autem ſcribendi ratio partim fixa, partim mobilis. Et fixa quidem ex autorum lectione certius colligitur quàm ex ullis præceptis. Tametſi dictionum ſcriptiones, ut in lexicis ſeriatim habentur memoriam plurimũ adiuuare poſſunt. Conferet quoq; non mediocriter peculiares canones in promptu habere. quales Theodorus Gaza in tertiũ librũ* τῶν εἰς τέσσαρα *ordine congeſſit. Mobilis uero latiſſime patet. Nã ut cætera omittãtur, ratio componendi, in qua & literæ & toni immutantur, uaria eſt. Nempe ex duobus integris,* χειρίσοφος: *ex duobus corruptis,* σοφοκλῆς: *ex integro & corrupto,* περικλῆς: *et uice uerſa,* μισάνθρωπος. *Sunt autem de his regulæ ſpeciales uariæ. Vt puta quod prima perſona præſentis aut futuri, cõpoſitionem ingrediens, nunc mutat.* ω. *in.* ο. λείπω λειπόνεως, μίξω μιξοβάρβαρος: *alias in.* ι. *ut* ἄρχω ἀρχιτέκτων, λύσω λυσίμαχος: *interdũ abijcitur, ut* τέρπω τερπανδρος, ῥίψω ῥίψασπις. *Itẽ quod nomina finita in.* ος. *quãdo componũtur cum dictione incipiente à conſonãte, ut plurimũ amittunt.* σ. *ut* θεόφιλος Δημοσθένης φιλόσοφος, *quãdoq; ipſum retinẽt, ut* λαοσσόος θεόσδοτος, *quãdoq; mutant in.* ι. ὁδοιπόρος. *quãdoq;.* ος. *in.* η. ἐλαφηβόλος. *et in.* ε. μηλέλαος. *et in* ι. ὀριβάσιος. *et in.* ει. ἀργειφόντης. *et in.* αι. κλυταιμνήστρα. *Porrò deriuatio multo magis uaria eſt. de qua regulas pene innumeras reperies apud grãmaticos. Quidã totã orthographiæ rationẽ quadrifariã diuidunt: in analogiã, quæ ſit regularũ explicatio: etymologiã, quæ ſit dictionũ origo & ſignificatio:* ἱστορίαν *ſiue* παράδοσιν *i. narrationẽ uel traditionẽ, quæ ſit autoritas & uſus citra cõtrauẽ regulã: et in dialectõ i. linguæ proprietatẽ, quæ tribus iam dictis repugnare ſolet. Cæterũ quopacto literæ addũtur, detrahũtur, trãſponũtur, diſſoluũtur, cõtrahũtur: deinde quæ ĩ quas ut plurimũ propter cognationem cõmutantur, analogia, inflexione, compoſitione, deriuatione, ex hoc & cæteris huius operis libris magna ex parte cognoſcetur. Nunc autem, ne hanc partem ſummis digitis tranſilire uideamur, exemplum analogiæ mutuæq; inter literas affinitatis proponemus.* β. π. φ. *cognationem quàm inter ſe habent, ad.* ψ. *extendunt. Nempe hæc illis tribus ſuccedit in uerbis, ut in* τρίβω τρίψω, τρέπω τρέψω, γράφω γράψω. *Illæq; huic inuicẽ in nominibus, ut in* ἄραψ ἄραβος κύκλωψ κύκλωπος, κίνυψ κίνυφος. *Ad eundem modum.* γ. κ. χ. *et.* κτ. *in mutuam cognationem, ita conciliant alteram duplicem.* ξ. *ut illam ſibi ſuccedere patiantur in uerbis, ut* λέγω λέξω, πλέκω πλέξω, βρέχω βρέξω, τίκτω τέξω: *ſicuti ipſæ illi ſuccedunt in nominibus, ut in* ἅρπαξ ἅρπαγος, θώραξ θώρακος ὄνυξ ὄνυχος, νὺξ νυκτός. *Deniq;.* δ. τ. θ. *ſuam & ipſæ cognationem mutuo cõmunicant literæ.* σ. *ut ſibi in uerbis illa ſuccedat, uelut in* ᾄδω ᾄσω, ἀνύτω ἀνύσω πλήθω πλήσω: *quemadmodũ ipſæ illi ſuccedunt in nominibus. ut in* πάρις πάριδος, λάχης λάχητος, ὄρνις ὄρνιθος. *Sed hæc ſatis.*



## De ſynaloepha & eius modis, deq; ſubſcribendo. ι. Cap. 4.

MOdi ſynaloephæ (quibus neglectis autorũ ſcripta ſæpe deprauantur) ſunt ſeptem. Per eliſionẽ, quã ἔκθλιψιν vocãt. vt μυρί᾽ ἀχαιοῖς ἄλγε᾽ ἔθηκεν. per ſynæreſin, ἡρῶναι pro ἡρωΐναι. per craſin, τἀμὰ pro τὰ ἐμά. Item per eliſionem & ſynæreſin ſimul, ἐμοὐποδύνει pro ἐμοὶ ὑποδύνει. per eliſionem & craſin, κἀγὼ pro καὶ ἐγώ. per eliſionem craſin & ſynæreſin, ἐν ταἰθιοπίᾳ pro ἐν τῇ αἰθιοπίᾳ. per craſin & ſynæreſin, ᾡπόλος pro ὁ αἰπόλος. In ecthlipſi auerſionis ſignũ adhibetur: & vt plurimũ in ſynaloepha, quũ binæ dictiones cõglutinãtur. Expungitur autem. ι. in totũ per ſynaloephã, quũ præcedit in diphthõgo. vt ἐν τῶμῷ, pro ἐν τῷ ἐμῷ. Et cũ in binis diphthõgis eſt: tũc enĩ ex altera eliditur, & ex altera ſubſcribitur: vt in ᾡπόλοι, pro οἱ αἰπόλοι. Subſcribitur vero vt plurimũ quoties ſequitur in diphthõgo. vt in ᾡπόλος, ἐγᾦμαι, ἐγᾦδα, pro ὁ αἰπόλος, ἐγὼ οἶμαι, ἐγὼ οἶδα.

Ad hæc in dictionibus ſimplicib⁹ multifariã reperitur ſubſcriptũ. ι. videlicet in datiuis ſingularibus paribus finitis in α. η. ω. τῷ αἰνείᾳ, τῇ τιμῇ, τῷ λόγῳ, τῷ μενέλεῳ. Itẽ in datiuis dualibus Atticis, τοῖν μενέλεῳν ὄφεῳν. Et in nominatiuis & datiuis pluralibus paribus itidẽ Atticis. οἱ μενέλεῳ τοῖς μενέλεῳς. niſi quod in neutrorũ rectis nõ ſubſcribitur, τὰ ἔυγεω. Itẽ in datiuis Ionicis in. ῃσι. ταῖς μούσῃσι. et in ſecũdis ac tertiis pſonis ſingularib⁹ ſubiũctiuorũ finitis in. η. α. ω. ἐὰν τύπτῃς τύπτῃ, βοᾷς βοᾷ, διδῷς διδῷ. Et in ſecũdis pſonis ſingularibus præſentiũ & futurorũ indicatiui vocis paſſiuæ. τύπτῃ βοᾷ τίθῃ, τυφθήσῃ. &c. Et in ſecũdis & tertiis pſonis præſentiũ indicatiui actiui verborũ circũflexorũ ſecũdæ cõiugationis. vt βοᾷς βοᾷ, ζῇς ζῇ. Et quũ in verbis circũflexis fit cõtractio in. ω. ex diphthõgo. οι. βοάοιμι βοῷμι. Et in præteritis optatiui paſſiui. vt πεποιῄμην βεβοῄμην κεχρυσῴμην. Itẽ in pteritis quęcũq; augẽtur ex. αι. οι. vt αἴρω ἦρον, οἴχομαι ᾠχόμην. Multa etiã vocabula ppetuo habẽt. ι. q̃lia ſũt aduerbia ĩ. η. vt πῇ πάντῃ: et ĩ. α. datiuis ſi

milia, vt δημοσία ἴδια. Itẽ noĩa et pronoĩa q̃dã, vt ἄδης ἆσμα, ῥάβδος ῥάων ῥᾶστος ῥάθυμος ῥαβδος πρᾶος δᾶς θρᾶξ λῃστὴς ἦτορ ἧρι ἀηδῶν ἠῶν γήδιον νῷν σφῷν σῷος πατρῷος ᾠδὴ κωμῳδία τραγῳδία. et ſimilia. Et verba quædam. ᾄδω χρήζω κλήζω, φῂς à φημὶ, ἔκηα à καίω, πέφηνα à φαίνω, κέχηνα à χαίνω, διῄτηκα à διαιτάω. Item κάθη δύνη, pro κάθησαι δύνασαι. Et quædam tempora à thematis in. ει. vt ᾔδει nouerat, ᾔει ierat ab εἶμι, cum compoſitis ἀπῄειν παρῄειν. &c.

SCHOL. *Ad orthographiã pertinet cognoſcere, quæ literæ in quas coaleſcant, & quæ elidi, quæ ſubſcribi, & quibus modis debeant. auerſio quoq;, de qua mox dicetur, ubi ſuperſcribenda, & ubi omittenda ſit. Ideo cõmode nunc de hiſce agitur: atq; imprimis de ſynaloepha: quæ à Tryphone definitur, duarũ ſyllabarũ in uocalem unio reiecto tono. ἔκθλιψις, quoq; eius ſpecies huc pertinet. i. eliſio, quũ uidelicet in binis dictionibus, uocalis cum contractione ſimul eliditur. ut ἐν τ᾽ αἰθιοπίᾳ, pro ἐν τῇ αἰθιοπίᾳ. Quãdo autem eliſio ſola eſt impropriè recenſetur inter modos ſynaloephæ. ut in μυρί᾽ ἀχαιοῖς. Ex omnibus literis. ι. ſolum ſubſcribitur, idq; tãtũ illis tribus uocalibus, alicubi ex generali quadã regula, ut τῷ λόγῳ: alibi iuxta analogiã aut etymologiã, ut ῥᾴων ῥᾷστος à ῥᾴδιος. alibi figura, ut ἡρῷαι. Horũ diſpſam habet ſyluam magnũ etymologicũ: Cõſtantinus quoq; laſcaris ex profeſſo in unũ multa coegit, nõ tamẽ omnia. Quædã enim ex ijs, quæ dialecto conſtant, ſciens uidetur omiſiſſe.*

## De proſodiarũ apicibus, deq; punctis, & aliis virgulis. Cap. 5.

NOtulæ, quibus in ſcribendo græci vtuntur, aut apices ſunt aut puncta. Apices ab illis προσῳδίαι vocantur. i. accentus, qui decem ſunt, quadrifariam diuiſi. εἰς τόνους πνεύματα χρόνους καὶ πάθη, ideſt in tonos ſpiritus tempora & paſſiones.

Toni ideſt apices eleuationẽ ac depreſſionem ſyllabarũ indicantes, ſunt tres. acutus grauis & circumflexus. Acutus à dextera ſiniſtrã verſus deſcendens, in ſyllabam acuendam defertur hac figura ´. vt αἰνείας. grauis à ſiniſtra ad dexteram in ſyllabam grauandam, hoc modo `. vt περὶ μὲν τούτων. Circumflexus ex acuto & graui compactus, ſyllabam circumflectendam vtrinq; contegit, hac forma ῀. vt μοῦσα.

Apices ſpirituũ duo ſunt. Tenuis, qui ſic pingitur ᾿. vt ἀὴρ aer. et craſſus, cui reſpondet aſpiratio latina, ſic ῾. vt ἕκτωρ Hector. ——

Tempora ſeu notæ temporũ, quæ longitudinẽ & breuitatẽ ſuppoſitarũ vocalium deſignant, duo ſunt: lõgũ & breue. Longũ eſt virgula porrecta, hoc modo μυρία. breue eſt, υ. minutũ, vt μυρία.



Paſſiones ſeu virgulæ indicantes dictionem affici, ſunt tres. Ἀποστροφος, ideſt auerſio, qua oſtenditur vocalem deeſſe. Nam concurrentibus duabus vocalibus: quarũ altera præcedentẽ dictionẽ finiat, altera ſequentẽ inchoet: vocalis præcedentis, euphoniæ & ornatus gratia, interdũ apud oratores eliditur: apud poetas etiã metri cauſa. Cuius loco ad defectũ illum notandũ, auerſionis ſignũ adhibetur in loco ſuperiori, hac figura ᾽. vt ἀπ᾽ ἐμοῦ, pro ἀπὸ ἐμοῦ. Vocales quæ ſic elidi queunt, hæ ſunt. ε. vt φέρ᾽ εἰπέ, pro φέρε εἰπέ. ο. ἀπ᾽ ἐμοῦ, pro ἀπὸ ἐμοῦ. α. κατ᾽ ἐμοῦ, pro κατὰ ἐμοῦ. ι. ἀντ᾽ ἐμοῦ, pro ἀντὶ ἐμοῦ. Itẽ diphthõgi. αι. βούλομ᾽ ἐγὼ, pro βούλομαι ἐγώ. et. οι. οἴμ᾽ ἐγὼ, pro οἴμοι ἐγώ. Eliditur etiam aliquando ſequens vocalis, quũ ſcilicet ea breuis eſt & præcedẽs longa. vt ὦ᾽γαθὲ, ποῦ᾽στι: pro ὦ ἀγαθὲ, ποῦ ἐστι. Quãdoq; etiã in ſynaloephis adhibetur apoſtrophos. vt τοὔνομα, pro τὸ ὄνομα. τἀμά, pro τὰ ἐμά. Ὑποδιαστολὴ, ideſt diſtinctio vel ſubdiuiſio, ſeruit ad diſiungendas partes male cohærentes: quæ alias coniunctæ legi poterant. Ponitur autem in linea, ita vt declinet ad partẽ inferiorẽ, hac figura ,. vt ὅ,τι, quodcunq;. Ὑφὲν, ideſt ſubunio huic aduerſa, coniũgit male diſiũcta, hac figura ‿ vt ὅτι, φ. Στιγμαὶ, ideſt puncta, duo ſunt. colum quod poſitum ad lineæ partem ſuperiorẽ, ſignificat clauſulam ex parte eſſe perfectã & ex parte imperfectã: in medio vero, omnino abſolutã. Et cõma hac figura, quod ad partẽ inferiorẽ appoſitum, ſignificat ſentẽtiã omnino eſſe imperfectam. vt ἐγὼ μὲν, γράφω· σὺ δὲ, μανθάνεις. Ego quidem ſcribo: tu autẽ diſcis. Iuniores tamen plærũq; cõmatis ſigno vti ſolent, vbicũq; ſentẽtia quidpiã aliud expoſcit. vbi vero quieſcit: colo indifferenter aut in medio loco, aut in inferiori ſiue ſuperiori appoſito. Aduertendũ etiam interrogationis ſignum apud græcos hoc modo deſcribi ; τί ποιεῖς ; quid agis? Item q̃ duo puncta ſupra vocalẽ diſtingunt ipſam, ne cũ præcedente coeat in diphthongon, ὄϊς. ois. diſſyllabum eſt, alias οἶς. ſine punctis monoſyllabum. Sic. ηΰ. diſſyllabũ. ηυ. monoſyllabũ. Item q̃ longi temporis virgula ſupra dictiones porrecta, etiam nomina propria indicat. vt ὁ πλάτων διαλέγεται, Plato diſputat. et literas. vt τὸ. ᾱ. φωνῆεν ἐστι δίχρονον. α. vocalis eſt bitemporea. quãdoq; etiam dictiones. vt τὸ διαλέγομαι ἴσον τῷ ὁμιλῶ, ὅθεν ἡ διαλεκτικὴ, ideſt diſputo idem eſt quod colloquor. vnde ars diſputatoria. Interdũ etiam ſyllabas in compendiũ contrahit. vt σῶρ σωτὴρ, κς κύριος.

SCHOL. *Præter literarũ figuras ſunt & aliæ decem notulæ proſodiæ nuncupatæ. i. accentus ab accinendo, hoc eſt modulando. Nã quidquid ad modulatã proferen*

di rationem pertineret, grãmatici proſodiam appellarũt. Ex litera. ι. trifariam diuiſa ſiunt apices tonorum & temporũ. Etenim pars hæc dimidia ſuperior ^ circũflexũ facit. quæ et ſi in quendam ueluti pyramidis conum acuitur, ab ſcribis tamen inter feſtinandũ, plærumq; in arcum complanatur ſic ~. Eadem pars ſuperne in duo æqualia diuiſa, acutum ad ſiniſtrã relinquit, & grauem ad dexterã. Deinde pars hæc inferior ˘ ſignũ eſt temporis breuis. Virgula uero trãſuerſa – longi. Ex litera. н. diſſecta conſtituũtur ſpirituũ apices, ſic ⊢⊣. Cæterũ ſcribæ feſtinantes pro ⊢ . craſſo, ſemicirculum ſiniſtrũ depinxerunt ſic ῾ et pro tenui dextrũ ſic ᾿. literis tamen maiuſculis integri ſuperponi ſolent. Ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα. Ὡς ἀργαλέον πρᾶγμ᾽ ἐστίν. Latini. н, pro aſpirationis ſiue ſpiritus craſſi nota uſurpantes, tenuem omiſerunt; ſatis eſſe indicantes, ſi tenuis ſpiritus intelligeretur ſuccedere, ubicunq; H aſpirationis nota non eſſet. Apud græcorũ uetuſtiſſimos nudi literarum characteres, quemadmodum nunc apud latinos, abſq; apicibus ſcribebantur. Quod Angelus Politianus ex antiquis inſcriptionibus & uetuſtis codicibus confirmat. Temporum duplex eſt uſus alter in poetis ad diſcernendam indifferentem in ancipitibus quantitatem. ut in Ἆρες Ἄρες apud Homerum: alter apud grãmaticos in præcipiendo ac metiendis carminibus. ut Ἆρες ἄ –υυ. ρες βροτο –υυ. λοιγὲ μι –υυ. αιφόνε –υυ. τείχεσι –υυ. πλῆτα –υ. Mars Mauors hominũ peſtis qui mœnia quaſſas. ––| –υυ | ––| ––| –υυ | ––| Item ſuperpoſitis ſignis. ut Ἀτρεΐδης τε ἄναξ ἀνδρῶν, καὶ δῖος Ὀδυσσεύς. Atridesq; hominum rex, et diuinus Vlyſſes. Paſſiones rectius uidentur poſſe numerari inter puncta, quã inter proſodias: quũ ſcripturam ipſam aſſiciant: magis ut lectionem dirigant, quod eſt punctorum officium, quã ut ſyllabarum prolationem moderentur: quod eſt proſodiarum. His latini utuntur ubi opus eſt, ſicuti etiam punctis clauſularum, tonorũq; ac temporũ apicibus, & duobus punctis diſtinguentibꝰ uocales. Menelaũs. Timotheũs. aër. coëmo. et uirgula ſyllabas cõtrahente. pr̃. nr̃.

## De ſyllabæ accidentibus & primum de tono. Cap. 6.

Syllabæ quatuor accidunt, γραμμάτων ἀριθμός, ideſt literarum numerus, τόνος tenor, πνεῦμα ſpiritus, καὶ χρόνος et tempus. Literas habet vt plurimũ quinq;, vt πλοῦς: vt minimũ vnam, ὦ. Tonus in ſyllaba eſt tenor quo eleuatur, aut deprimitur, aut eleuatur ſimul & deprimitur. Sunt autem toni tres, ὀξεῖα acutus, βαρεῖα grauis, περισπωμένη circũflexus. Loci τῆς ὀξείας ideſt acuti ſunt, vltima penultima & antepenultima. vnde vocabulũ qđ acutã habet vltimã, oxytonũ dicitur, vt καρπός. qđ penultimã paroxytonũ, vt εὐλογημένος. qđ antepenultimã proparoxytonũ, vt κύριος. Loci τῆς περισπωμένης. i. circũflexi ſunt, vltima: vnde περισπώμενον eiuſmodi vocabulum dicitur, vt σοῦ: et antepenultima. vnde προπερισπώμενον, vt χαῖρε. βαρεῖα. i. grauis duplex eſt, ſyllabicus & prædominãs. Syllabicus, quẽ habẽt oẽs ſyllabę, ea excepta ſupra quã eſt tonꝰ apice ſignatus, vt κύριος dictio eſt proparoxytona, qa habet acutũ in antepenultima. cuiꝰ penultima & vltima dicũtur habere grauẽ ſyllabicũ, q nõ pingitur: qa. ſ. demiſſo & graui tono ꝓferũtur. Grauis prædominans eſt acutus dictionũ oxytonarũ. qui ſcribẽdo & legẽdo in grauẽ mutatur. Nã quoties oxytonę dictiones ĩ cõſequẽtia ſũt, hoc eſt ĩ cõtextu nõ ſequẽte pũcto, acutũ mutãt in grauẽ, tã figura, q̃ prolatione. vt καρπός nomẽ oxytonũ, in hac oratione, εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σοῦ. nõ tamẽ idcirco appellari deſinit oxytonũ. Aduertẽdum autẽ barytonũ dici quoduis vocabulũ nõ habẽs toni apicẽ ſupra vltimã: q eo ipſo grauis ſyllabicus, iuxta modo dicta, locũ habeat in eadẽ vltima, à qua denominationes hæ ſumũtur: vt ſit barytonũ. i. habens grauẽ tonum ſupra vltimã, nẽpe ſyllabicũ: ſicut oxytonũ dicitur habens acutũ ſupra eãdẽ. Itaq; εὐλογημένος, κύριος. χαῖρε. præter proprias denominationes, barytona etiã dicũtur: καρπὸς vero & σοῦ dici non poſſunt.

SCHOL. In ſuperiori capite dictũ eſt de apicibꝰ, q ſunt indices proſodiarũ: i hoc agitur de proſodijs ipſis, q̃ uera & propria ſũt ſyllabarũ accidẽtia. Nã p has modulate proferũtur, tã circa eleuationẽ & depreſſionẽ, q̃ circa durationẽ & flatꝰ quãtitatẽ. Syllaba eñ proſodiæ fundamẽtũ prolata uocẽ facit: uox deinde, ſiqdẽ aerẽ uerberat, corpꝰ eſt. Ideoq; in tono hẽt altitudinẽ, in ſpiritu latitudinẽ, & in tp̃e lõgitudinẽ. De quibus ſigillatim & copioſius in ſequentibus cap. agetur.



## De ſede & ratione tonorum. xi. regulæ generales. Cap. 7.

Loci tonorũ ſũt, vt modo diximꝰ, antepenulti. penulti. & vltima: quas oẽs occupat acutꝰ: circũflexꝰ vero duas poſtremas: grauis tm̃ vltimã.

Quũ vltima eſt lõga, tonꝰ nõ ſedet ĩ antepenultima. Cuiꝰ cauſa ex rectis proparoxytonis ἄνθρωπος τράπεζα et ſilibꝰ, genitiui fiũt paroxytoni ἀνθρώπου τραπέζης, tono in penultimã demiſſo, ob variationẽ quãtitatis vltimæ. qđ itidẽ in verbis accidit, vt ἐτύπτετον ἐτυπτέτην. et in aliis partibus orõnis, q̃ eo modo variãtur. Patitur tamẽ exceptionẽ hæc regula in diphthõgis. οι. et. αι. quãdo ſunt finales. Nẽpe in plurali nõ ἀνθρώποι nec τραπέζαι, ſed ἄνθρωποι et τράπεζαι dicitur. Item in dictionibus Atticorum proprijs. Illi enim ſpreta regula μενέλεως efferunt et εὔγεων. et ſimilia.

Penultima natura longa circũflectitur: ſi ſupra ſe tonum habeat, & vltima ſit breuis vel poſitione tantum longa, vt μοῦσα. δῆμος. αὖλαξ.

In ſynæreſi, quæ fit ex acuto ſignato & graui ſyllabico non ſignato, circumflexus reſultat, vt ἀληθέος ἀληθοῦς, ποιέω ποιῶ.

Supra natura breuem aut poſitione tantũ longam, nunquã ponitur circũflexus, ſed acutus, vt λόγος. λέγε. ξύλον. ἄρτος. λογισμός. φρύξ.

Longa ante longam, ſi tonũ habet, nõ circũflectitur: ſed ſemper acuitur, vt ἥρως. huius regulæ occaſione μοῦσα in genitiuo & datiuo mutat circũflexum recti in acutũ, μούσης μούσῃ. quod ſimiliter fit in aliis multis.

Acutus vltimæ in conſequentia mutatur in grauem, vt ταῦτα εἶπεν ὁ ἡμῶν σωτήρ. hæc dixit noſter ſaluator. Hic vltima dictio σωτήρ ſequente puncto habet acutũ: qui tonus eſt illi proprius. eum tamẽ mutat in grauem quũ in contextu ante punctum ponitur, ſic ταῦτα εἶπεν ὁ σωτὴρ ἡμῶν.

Quando vltima ſupra quã eſt acutus, eliditur apoſtropho: acutus idẽ retrocedit in penultimã. vt δεῖν' ἔπαθε, φήμ' ἐγώ. pro δεινὰ ἔπαθε, φημὶ ἐγώ. E præpoſitionibus vero grauis tunc euaneſcit. ἀπ' ἐμοῦ. ἐπ' αὐτῷ. Itidem ex ἀλλὰ, ἀλλ' οὕτως.

Compoſitio vt plurimũ retrahit tonum. ὁδὸς ἄποδος. σοφὸς φιλόσοφος. αὐτὸς φίλαυτος. εὖ ὕπερευ. Quod in nominibus monoſyllabis perpetuũ eſt. vt παῖς εὔπαις. χθὼν αὐτόχθων. ποῦς πολύπους.

Reperiuntur dictiones non paucæ in eadem ſignificatione, modo cõpoſitæ ſub eodem tono, modo tonis aut apoſtropho diuiſæ. vt παραπολὺ et παρὰ πολὺ admodum. ἐξάπαντος et ἐξ ἅπαντος omnino. ἐξαιῶνος et ἐξ αἰῶνος à ſeculo. ἀπαρχῆς et ἀπ' ἀρχῆς ab initio. et cum articulo τοδεύτερον καὶ τὸ δεύτερον ſecundo. Itidem τοτρίτον tertio. τομεταξὺ interim. τοπλέον amplius. τομετατοῦτο deinde. ἐπιτοπλεῖστον vt plurimũ. Quæ aduerbialiter & ſub eodem tono ſæpius efferuntur. niſi quũ aliquid redditur articulo præpoſitioniue, vt τὸ μεταξὺ λεγόμενον. ἐξ ἅπαντος τρόπου.

Syncope tonũ retrahit ad præcedẽtẽ. θυγατέρα θύγατρα. ὁμόπατροι ὅπατροι. Apocope vero & paragoge eum non mutant, vt τυπτέμεν pro τυπτέμεναι, καλοῖσι pro καλοῖς. niſi quũ neceſſario eſt demittendus in antepenultimã ob additam ſyllabam. vt αἴαντες αἰάντεσι. Excipiuntur recipientia in fine adiectionẽ δε, quæ nihil amplius quã ſimplicia ſignificant. ea enim tonũ habẽt in penultima, vt ἔνθα ἐνθάδε hic. τοῖος τοιόσδε talis. τῆμος τημόσδε tunc. Item recipientia ι, ad indicandũ quę ipſum acuũt, vt οὑτοσὶ τοδὶ δευρί.

SCHOL. Græcanici toni ratio origoq; autoritate fere conſtat. Vix enim cauſam inuenies, cur ἄνθρωπος τράπεζα. et ſimilia tonũ habeant in antepenultima. Si





quæras quur ibi habeant acutũ, magis quã aliũ: certam cauſam deprehendes. nempe q; ſoli acuto patet antepenultima. Contra apud latinos toni inditiũ ideo facile eſt, quia è penultimæ quantitate ſumitur: qua tamen producta, græci & in ea & in alijs, tonum locant, ut τελώνης ἄνθρωπος στρατηγός. Item penultima breui, in eadẽ & in alijs, λόγος πόλεμος πόλις. Proinde in his ſæpe conſulendi erunt grãmatici & lexicorũ indices. Neq; enim regulis arctari omnia poſſunt: ſed neq; tyrones tot obrui difficultatibus expedit. In uocabulis uero græcis, quæ in latinorum uſum ueniunt, quale eſt κατηγόρημα penultima longa & antepenultima acuta, et φιλοσοφία penultima breui eadẽq; acuta: illud attendes, ne græca latino tono proferas: neue latina græcanico tono. ubi tamen caſus erit cõmunis: et ſi ratio & præcepta grãmaticorum tonũ requirunt latinũ, alteruter tamen locari poterit. Rectius ergo categorẽma penultima circũflexa: & philoſóphia antepenultima acuta iuxta latinã normã perferẽtur. Qui uero categórema antepenultima acuta iuxta græcanicũ exẽplar protulerit: ſiquidem caſus utriſq; cõmunis id patitur: tolerabiliter proferet. Item qui philoſophía penultima acuta proferet, græce proferet, nec omnino male: qui uero philoſóphia antepenultima acuta, latine, multoq; melius. At dicturus in genitiuis categorématis et philoſóphiæ, neceſſario latinũ tonum utriq; dabit in antepenultima iuxta latinã regulam: quia caſus illi tantũ latini ſunt. Rurſus enuntiaturus categorematon in genitiuo plurali & philoſophías in genitiuo ſingulari iuxta declinationẽ græcam, græcanicũ tonum illis addet, hoc eſt acutum in penultima. Nihil autẽ prohibet eundem tonũ in caſum græcũ & in latinũ concurrere. Nẽpe in categorématis genitiuo latino: & in categorématos græco antepenultima acuitur. Secũda regula imprimis notanda eſt. Facit enim plurimũ ad recte uariãda nomina pronomina uerba & participia. Cuius illa pars de diphthongis. οι. αι. ſic eſt accipienda. q. ſ. pro breuibus reputantur, quantum attinet ad tonorũ & ad apoſtrophi rationẽ: idq; dumtaxat quũ in fine dictionũ ſunt. Nam quũ poſt ſe habent finalem cõſonantẽ, prærogatiuã ſuam retinent. τοῖς ἀνθρώποις ταῖς τραπέζαις. Quod regula quarta indicat, de acuto & graui, eos concurrentes circũflexum efficere, merito accidit: quũ ex hac ´ acuti præcedẽtis figura, & ex hac ` grauis ſequentis, quũ uidelicet pingitur, circũflexi angulus efficiatur ſic ^. alias è graui & acuto acutus reſultat, & ex duobus grauibus grauis. Itaq; ἑστώς coaleſcens ex ἑσταώς, non circũflexum ſed acutũ tenet: et πόλεις è πόλιες, grauem ſyllabicũ. Excipiũtur tamen χρύσεος ἀργύρεος, et ſimilia nomina cõtracta materiã ſignificãtia: in quibus è binis grauibus cõflatur circũflexus, χρυσοῦς ἀργυροῦς. Excipiũtur quoq; caſus contracti, qui alijs incõtractis euadunt ſimiles. ut τὴν λητόα καὶ λητὼ ſicut in recto, non autẽ λητῶ: præcipiente regula, ut omnis caſus alteri ſcriptus

ra ẽt uoce cõcors, ſimilẽ tonũ habeat ẽt quãtitatẽ. Regulã ſeptimã in ſchol. cap. pcedẽtis explicuim9. Nona nõ paucas exceptiones patitur. fallit enĩ in noib9 cõpoſitis ab ἰατρὸς, ut ἀρχιατρός. et in gẽtilib9, ut ἀχαιὸς παναχαιός. Itẽ in alijs in. ης. differẽtiæ grã, ut ὑψιπέτης ſurſũ uolans. ὑψιπετὴς ab alto cadẽs. et in. ος. ut ἱππόκομος habẽs iubã equinã, à κόμη. et ἱπποκόμος equorũ curator, à κομῶ curo. λιθοβόλος lapide petẽs. λιθόβολος lapide ictꝰ. et ĩ deductis à uerbis cõpoſitis. nã ea ultimã acuũt, ut ab ἐκλέγω ἐκλεκτὸς, à διαμετρῶ διαμετρητός. ἐπίλεκτος uero, q̃ fit ex ἐπὶ et λεκτὸς, antepenultimã acuit. Et in quibuſdã alijs in. ης. ut λῃστὴς ἀρχιλῃστής. de q̃bus multa autor Etymologici in dictione ἡρακλῆς. Idẽ quoq; conſulendus in dictione κλητ̃δες de finitis in. ις. quæ nimium uariant: deq; ſingulis in. ος. ſuis in locis.

Quod ad regulam decimã attinet: notanda quæ in diuiſione aliud ſignificant, quã in compoſitione, ut ἐκ ποδῶν εἰς κεφαλὴν à pedibus uſq; ad caput. alias ἐκποδὼν, ut libro ſuperiori dictum eſt, procul ſignificat: ſed tono acuto, qui tamen in diuiſione eſt circumflexus. Poſtremo ut, quoad fieri poſſit, in pauca conferantur quæ tot regulis de locis tonorum præcepta ſunt: hæc licebit colligere: tonum græcorum non naſci è quantitate, tametſi quantitas ultimæ ſæpe tonum effingat ac uariet, ut μοῦσα μούσης, ἄνθρωπος ἀνθρώπου. Item in multis uocabulis non poſſe reddi certam rationem ſedis illius: poſſe tamen præcipi, quis ex tribus tonis ibi locum habeat, hoc ferme compendio. Ex tribus locis tonorum ultima penultima & antepenultima, ſolus acutus occupat antepenultimã: in penultima uero locũ habet idem, ſi ea ſit breuis, aut poſitione tantũ lõga, aut alioqui longa ẽt ultima longa. Alias ſi ea ſit longa & ultima breuis: locũ ibi habet circũflexus. Vltimã ſemp occupat acutus, quũ ea breuis eſt: quũ uero lõga nõ ſemp. Tũc enim multoties ibi circũflexus collocatur. qđ capite ſequẽti patebit. Vltimæ uero acut9 in grauẽ mutatur in cõſequẽtia. Hæc ideo repetimus: q̃ uideam9 in tonis, tã ſcribẽdis, q̃ proferẽdis plurimũ uulgo peccari.

## De ſedibus tonorũ in rectis nominũ pariũ & impariũ. Cap. 8.

TRadẽdæ poſt hæc regulæ ſpeciales de tonis, qb9 diſcernãtur ꝓprii illorũ loci in ſingulis orõnis partib9: primũq; in noĩe in hũc modũ.

Omnis rectus ſingularis nominum vltimam citra contractionem producens, quum in eadem tonum recipit, ipſam acuit. vt ἀληθὴς ἱδρώς.

Rectus ſingularis nominũ parium primæ declinationis, penultimã acuit. αἰνείας χρύσης. exceptis verbalibus venientibus à præteritis verborum. quæ quidem oxytona ſunt. vt ποιητὴς δικαστής. niſi verba ſint tertiæ coniugationis circumflexæ. tunc enim penultima in verbalibus acuitur, ſi in ea ſit. ο. vt ὁμότης ἀρότης δεσπότης. quibus accedit δεσμώτης.



Tonus recti ſecundæ declinationis paris in nominibus quidem deſinẽtibus in. α. plærũq; ſedet ſupra penultimã, quũ ea longa eſt. χώρα μοῦσα. præter finita in. εια. q̃ fiunt à maſculinis vel cõmunib9 in. ης. Et præter polyſyllaba in. υια. q̃ oĩa antepenultimã acuũt. vt ἀσθένεια ab ἀσθενὴς, ἄρπυια αἴθυια. demptis tribus oxytonis ὀργυιὰ μητρυιὰ ἀγυιά. Acuitur quoq; penultima in finitis in. α. præcedente. ο. χρόα. πόα. et in finitis in. η. purũ diſſyllabis præcedente. ο. et cõſonante aſpirata vna cũ altera, vt χνόη φθόη χλίη. et in. θη. τίθη, exceptis κριθὴ ποθή. Et in finitis in. ονη. ſubſtãtiã ſignificãtib9, vt βελόνη περόνη. Et in. μη. præcedente vocali, φήμη. Vltimã vero acuũt finita in. φη. præcedẽte. υ. breui, vt γλυφὴ κορυφὴ τρυφή. Et diſſyllaba deſinẽtia in. οη. q̃ habent. ο. ex. ε. vt πνοὴ à πνέω. χοὴ à χέω. Itẽ finita in. ονη. quæ rem nõ ſubſiſtẽtẽ ſignificant, vt ἡδονὴ voluptas καλλονὴ pulchritudo. et finita in. μη. præcedẽte altero. μ. γραμμή. Item finita in. εια. vel. ια. quæ ſubſtãtiã ſignificant aut collectionẽ, vt ζειὰ φειὰ χειὰ λαλιά. exceptis q̃ rem nõ ſubſiſtentẽ ſignificant. ea enĩ acuũt penultimã, vt σοφία χρεία. Itẽ finita in. οια. vt χροιὰ ποιά. Penultimã circũflectunt diſſyllaba in. υια. vt μυῖα. quibus accedunt omnia participia, vt τετυφυῖα. Vltimã vero circũflectunt cõtracta, quædã in. α. vt μνᾶ ἀθηνᾶ. et alia in. η. ſignificãtia arbores, vt συκῆ ἀμυγδαλῆ, et pelles animaliũ, vt λεοντῆ παρδαλῆ κυνῆ, et ſimilia. q̃ cõtractorũ ſpeciẽ habẽt. Fœminine terminationes adiectiuorũ, tonũ fere ſeruãt, vbi maſculinæ. ἀγαθὸς ἀγαθὴ, ὡραῖος ὡραία, βαρὺς βαρεῖα. niſi quũ vltima lõga in proparoxytonis attrahit tonũ ad penultimã. λίθινος λιθίνη, δίκαιος δικαία.

Rect9 q̃q; tertiæ vari9 eſt. Ei9 vltimã acuũt poſſeſſiua in. κος. vt ἀττικός. et pleraq; adiectiua diſſyllaba. vt χρηστὸς δεινός. et polyſyllaba ĩ. στος. q̃ numerũ ſignificãt. vt εἰκοστὸς πολλοστός. et noĩa auiũ in. ιος. ſupra tres ſyllabas. vt ἐρωδιὸς αἰγυπιός. Itẽ interrogatiua indefinite ſũpta. πόσος quãt9, ποσὸς aliquãtus. ποῖος q̃lis, ποιὸς aliq̃s. Itẽ q̃ veniũt à p̃teritis paſſiuis verborũ circũflexorũ. vt ἐπαινετὸς, θεατός. et polyſyllaba in. ρος. hñtia ãtepenul. lõgã natura vel poſitione. vt τολμηρός, ἰσχυρός. et ĩ. αμος. appellatiua hñtia natura lõgã antepenul. vt ὀυλαμὸς κεραμός. Penultimã vero acuũt plæraq; diſſyllaba appellatiua. vt λόγος ξύλον. Et in. αλεος. q̃ excedũt tres ſyllabas. vt ἀργαλέος δειμαλέος. et diminutiua ĩ. ιον. deducta à noĩb9 ĩcipiẽtib9 à lõga. vt à τυρὸς, τυρίον. à τεῖχος, τειχίον. Eãdẽ circũflectũt finita ĩ. οιος. polyſyllaba. vt ἀλλοῖος παντοῖος. Et ĩ. αιος. deriuata à fœmininis deſinẽtib9 ĩ. α. vel ĩ. η. vt ab ἀγέλη, ἀγελαῖος, ab ἀγορὰ, ἀγοραῖος. q̃q̃ id nõ ſemp verũ eſt. et ĩ. ειον. ſubſtãtiua deri

uata à finitis in. ευς. vt βαλανεῖον βαφεῖον. βασίλειον vero adiectiuū eſt.

Antepenultimā acuūt finita in. μος. præcedente. ε. πόλεμος. ἄνεμος. et poſſeſſiua in. ειος. ἀνθρώπειος humanus. Item in. ιος. deducta à loco. οὐράνιος cœleſtis. et à futuris verborum. vt ἄξιος. ἀσπάσιος. θαυμάσιος. et ab aduerbiis, vt à πρωῒ πρώϊος, ab ἶφι ἴφιος. præter ἀντίος ab ἄντην, vnde ἐναντίος, vtrūq; paroxytonū. Item in. αιος. à verbis deducta. vt μάταιος λύαιος. et comparatiua ſuperlatiuaq; in. ος. et. ον. vt σοφώτερος σοφώτερον. κάλλιστος κάλλιστον. Et neutra ſubſtātiua in. ιον. ſupra tres ſyllabas. vt γερόντιον. et quæ veniunt à verbo, vt παίγνιον à παίζω. et quæ ſunt trium ſyllabarū breuium. φάκιον φλέβιον. Et quę materiā ſignificant in. ινος. λίθινος lapideus. Item his affinia quæ cum. ἐν. cōponuntur. ἔμμουσος. ἔμμετρος. Et cōpoſita à paſſiuo verbo quintæ cōiugationis, tam propria, q; adiectiua ἄφαντος. διόφαντος. ἄσπαρτος. Item è trochaicis cōpoſita, quæ tonū. ſ. in præcedentem cōpoſitionis partē remittunt. vt à δοῦλος ἔνδουλος. et fere cōpoſita alia. vt παραπλήσιος. ἄσκιος. ἔνθυμος. φιλόσοφος. Item cōpoſita à κτείνω τρέφω, et aliis verbis, paſſiue ſignificantia. vt τυραννόκτονος à tyrāno occiſus, λυκόκτονος à lupo occiſus. Nam τυραννοκτόνος, tyrānicida eſt, et λυκοκτόνος lupi occiſor, actiue. Sic λαότροφος à populo enutritus, λαοτρόφος populū alens. Porrò compoſita à verbis χέω βάλλω πολῶ, cū præpoſitione quidem acuūt antepenultimā. vt πρόχοος. ἀμφίβολος. πρόπολος. ἀμφίπολος: cum alio vero quopiā, penultimā. vt οἰνοχόος. ἑκηβόλος. ὀνειροπόλος. ὑμνοπόλος. Itidem à λέγω vel λόγος. vt ἐπίλογος. κατάλογος. θεολόγος. εἰκοσολόγος. Cōpoſita vero ab ἔχω. quæ habent in penultima. ου. eam circūflectunt πολιοῦχος: quę o, acuunt antepenultimam, vt ἡνίοχος.

Rectus quartæ vt plurimum acuit antepenultimam præſertim in compoſitis. μενέλεως. ἀνάπλεως. raro penultimam aut vltimam, ἅλως. λαγώς. rarius circumflectit vltimam. κῶς. σῶς.

Recti quintæ vltimā acuunt finita in. αν. ſimplicia, vt πάν pan. πελεκάν pelicanus. præter quā τὸ πᾶν totum. Et in. ην. vt plurimum ſimplicia, quæq; ex ſe nō faciunt neutrū. vt αὐχήν σωλήν. Et in. ιν. vel. ις. ſimplicia. ῥίν vel ῥίς. Et in. ων. contentiua, vel quaſi cōtentiua. κοιτών ἀπατεών. Et in ηρ. σωτήρ πατήρ. demptis μήτηρ et θυγάτηρ. Et in. ας. fœminina declinata per. δ. παλλάς λαμπάς. Et monoſyllaba abſq; cōtractione in. αις. et. αιξ. vt δαίς σταίς αἴξ. Et in. ης. adiectiua pure declinata. ἀληθής. Et cōpoſita, ſyllabam verbi habētia exeūtiaq; in. τος, vt ἐπιβλής ἐπιβλῆτος, ἡμιθνής ἡμι-



νῆτος. Itē in. ις. patronymica. πριαμίς. et his ſimilia fœminina. vt ab αἰχμάλωτος, αἰχμαλωτίς. ab εὑρετής, εὑρετίς. Et omnino fœminina in. ις. diſſyllaba ſimplicia vltimā producentia. vt ἀψίς. κρηπίς. κνημίς. σφραγίς. alias quæ vltimā corripiunt, grauātur. vt μέμψις λέξις, cum reliquis habētibus conſonantē futuri. Item in. υς. quæ ſunt trium generū. vt ἡδύς βαρύς. Et quæ per. δ. declinātur. χλαμύς χλαμύδος. Et quæ longā habent in penultima. πληθύς. quibus exceptis reliqua penultimā fere acuūt. vt βότρυς. Itē finita in. ω. et. ως. fœminina, vt λητώ αἰδώς. et in. ευς. ἀχιλλεύς. Penultimam vero acuunt in. αν. compoſita. ἑρμόπαν. Item in. ην. tam cōpoſita q; quæ neutrū ex ſe faciunt in. εν. vt ἐριαύχην τέρην, τὸ τέρεν. Et in. ων. non cōtracta propria & appellatiua gentiliaq;, θέων. εὐδαίμων. τεύτων. et cōpoſita χαλκοχίτων: niſi ſignificent locum, προκοιτών προθυρών. Et in. ιν. compoſita, ἔυριν τριγλώχιν. Item in. αξ. et omnino in. ξ. ſimplicia non monoſyllaba. ἅρπαξ. πέρδιξ. Et in. ας. diſſyllaba. αἴας. et neutra in. ας. τὸ κρέας. excepto γῆρας. Et in. ης. propria compoſita à neutris in. ος. δημοσθένης. Et in. ης. fœminina ſimplicia appellatiua, φιλότης δεινότης. exceptis βραδυτὴς παχυτὴς ἀδροτὴς δηϊοτής. Et denominatiua in. ηρης. et. ωδης. ξιφήρης νοσώδης. Et in. ις. appellatiua propria ſimplicia diſſyllaba, dum modo penultimam non habeant longā, ὄφις. πάρις. Antepenultimā acuūt neutræ terminationes polyſſyllabæ in. ον. ab adiectiuis in. ων. vt τὸ βέλτιον γλύκιον κακόδαιμον. quibus accedit τὸ χάριεν χαρίεντος, ab ὁ χαρίεις. excipitur ab ὁ ἡ εὐδαίμων, τὸ εὔδαιμον. Et finita in. ις. vel. υς. ſuper duas ſyllabas declinata per. δ. vel. τ. ἄδωνις ἔυχαρις ἔπηλυς. Et omnino cōpoſita quæcūq; finita in. υς. correptū, vt ἄδακρυς. Et in. ις. cōpoſita à diſſyllabis in. ις. quintæ barytonis, μῆτις πολύμητις. et ab oxytonis vltimā corripientibus, vt πατρίς ἔυπατρις, ἀσπίς ῥίψασπις. et à fœmininis in. η. ἀλκή ἄναλκις, κνήμη ἔυκνημις. Quæ tamen veniunt à maſculinis in. ης. paribus et per. δ. inflectuntur, tonū non trāſferunt. ὁ στρατιώτης, ἡ στρατιῶτις. Exceptis cōpoſitis à πωλῶ et à κοίτη. vt ὁ ἀρτοπώλης ἡ ἀρτόπωλις, ὁ ἀκοίτης ἡ ἄκοιτις. Fœminina quoq; in. ις. cōpoſita ab oxytonis acuūtur. vt νυχίς παννυχίς, αἰγίς καταιγίς. Item deducta à maſculinis in. ος. declinatis p. ου. vt δμωΐς δμωΐδος, λαλίς λαλίδος. à δμῶος δμώου. λάλος λάλου. Circūflectūt antē vltimā monoſyllaba finita in. ας. υς. ους. vt πᾶς. μῦς. βοῦς. qbꝰ accedūt ἀποφῦς διονῦς ὀσφῦς καὶ ὀφρῦς. Excipitur πούς oxytonū, ſicut ὀδούς. Itē neutra monoſyllaba vltimā producentia, πῦρ. πᾶν. σκῶρ. et in. ων. contracta,

ποσειδῶν ξενοφῶν. Et omnino quæcunq; contracta, vt παῖς νοῦς φθοῖς φῶς ἑρμῆς σιμοῦς, et ſimilia.

SCHOL. *His regulis indicãtur propriæ ſedes toni ĩ rectis quorũdã noĩm. Nã oĩa pceptis arctari nõ poſſunt. Quo magis uſui aſſueſcẽdũ eſt. uel q eadẽ ſæpe uocabula, tono uariato ſignificationẽ quoq; uariãt: ut in orthographia diximꝰ: uel q æque diffici le ſit, multa eaq; minuta pcepta memoria tenere. Quo circa ſi qd in re admodũ uaria & ambigua omiſſũ eſt: qd hic exceptũ adiectũue oportuerit: id toni cõſulẽs ſtudioſus lector, ſibi adnotet.*

De obliquorũ tonis in oibꝰ noibus. Cap. 9.

OBliqui pares in eadẽ ſyllaba tonũ habẽt in qua rectus, nõ tamẽ eũdẽ ſemp. qa in oxytonis circũflectũtur genitiui & datiui triũ numerorũ ὁ καλὸς τοῦ καλοῦ τῷ καλῷ. τοῖν καλοῖν. τῶν καλῶν. τοῖς καλοῖς. Itẽ in ꝑperiſpomenis, quoties vltima fit lõga circũflexꝰ penultimæ trãſit ĩ acutũ, μοῦσα μούσης. ſicut e diuerſo in paroxytonis penultimã ꝑducẽtibꝰ, quoties vltima breuis fit, acutꝰ trãſit ĩ circũflexũ, ὁ προφήτης ὦ προφῆτα. Excipiũtur ꝑparoxytona in qbꝰ vltima, quũ p variationẽ efficit lõga, tonũ in penultimã demittit. ἄνθρωπος ἀνθρώπου ἀνθρώπῳ. τὼ ἀνθρώπω ἀνθρώποιν. τῶν ἀνθρώπων ἀνθρώποις ἀνθρώπους. Notant ὁ δεσπότης ὦ δέσποτα, itẽ μία μιᾶς μιᾷ μίαν, id eſt vna, more ionico. et ἄμφω ἀμφοῖν, δύο δυοῖν. Itẽ genitiui plurales primæ & ſecũdæ declinationis, qui vltimã circũflectunt, αἰνειῶν τραπεζῶν. Exceptis ὁ χλούνης τῶν χλούνων, χρήστης χρήστων, ἐτησίαι ἐτησίων, ἡ ἀφύα ἀφύων.

Obliquorũ tonus in noĩbus quintæ declinationis ſic habet. Genitiuꝰ & datiuus ſingulares integri in eadẽ tonũ habẽt cũ nominatiuo, αἴας αἴαντος αἴαντι: licet nõ ſemp eundẽ, σῶμα σώματος σώματι. Exceptis genitiuis noĩm diſſyllabis finitis in. ος. cũ ſuis datiuis: qui poſteriorẽ acuunt, βοῦς βοὸς βοΐ, κρὴς κρητὸς κρητί. et ἡ μήτηρ μητέρος μητέρι, θυγάτηρ θυγατέρος θυγατέρι, γυνὴ γυναικὸς γυναικί. Notãtur proparoxytona, in qbus excreſcẽte ſyllaba in obliquis, neceſſario deſcẽdit tonus: ne remaneat in quarta a fine: πρόβλημα προβλήματος προβλήματι. &c. Accuſatiuꝰ in eadẽ tonũ habet in qua genitiuꝰ. αἴαντος αἴαντα. exceptis noibꝰ, quorũ genitiuꝰ diſſyllabꝰ deſinit in. ος. oxytonũ. In illis eñ tonꝰ aſcẽdit in priorẽ, τὸν βόα τὸν κρῆτα. qbus ſimilia ſũt ἀνδρὸς ἄνδρα, γυναικὸς γυναῖκα, et θυγατρὸς θυγατέρα. Notãdi accuſatiui monoſyllabi in. ν. q circũflectũtur. vt κλεῖν λᾶν μῦν σῦν. Vocatiuꝰ tonũ habet vbi rectꝰ. pterq; in finitis in. ων. in qbꝰ eũ traſſert in pcedẽtẽ, quãdo deſinit in. ον. ὁ βελτίων ὦ βέλτιον, ὁ ἀγαμέμνων ὦ ἀγάμεμνον. exceptis ὦ λακεδαῖμον παλαῖμον, et alijs ſimilibꝰ ſimplicibus. Itẽ in cõpoſitis a



φρὴν, ὦ πρόφρον ὦ δαΐφρον. Vocatiui quoq; in. ερ. a rectis in. ηρ. traſſerunt tonũ, ἡ θυγάτηρ ὦ θύγατερ, εἰνάτηρ ὦ εἴνατερ, δημήτηρ ὦ δήμητερ. ὁ σωτὴρ ὦ σῶτερ, ὁ ἀνὴρ ὦ ἄνερ. Idẽ faciunt vocatiui in. ες. a rectis in. ης. cõpoſitis proprijs barytonis vel circũflexis ex cõtractione. ὁ δημοσθένης, ὦ δημόσθενες. ὁ ἡρακλέης. λῆς. ὦ ἡράκλεες. ac deinde p cõtractionẽ ἡράκλεις. Noĩatiuꝰ dualis, itẽ accuſatiuꝰ & vocatiuꝰ, tonũ habẽt vbi rectus ſingularis. Genitiuꝰ & datiuꝰ, genitiuũ pluralis ſequũtur, pterquã in decẽ irregularibꝰ mox indicãdis. Rectus pluralis itidẽ ſeqtur ſingularẽ. αἴας αἴαντες. Genitiuꝰ in illis q genitiuũ ſingularẽ diſſyllabũ habẽt in. ος. oxytonũ, circũflectitur. βοὸς βοῶν, κρητὸς κρητῶν: his decẽ exceptis, πάντων τρώων δμώων παίδων φώτων θώων λάων κράτων δᾴδων φῴδων. In illis autẽ q duas ſyllabas excedũt, penultimã acuit. αἴαντες αἰάντων. Datiuꝰ tonũ datiui ſingularis imitat. exceptis παντὶ, πᾶσι: et habẽtibꝰ inſertũ. α. in qbꝰ penultimã acuit, μητρὶ μητράσι, πατρὶ πατράσι. Accuſatiuus & vocatiuus ſui recti tonũ ſequũtur.

SCHOL. *Obliquorũ tonus rationẽ certã habet. pẽdet enim fere a recto. Genitiui plurales adiectiuorũ pariũ, in oibus generibꝰ uolũt eodẽ modo finiri. ut ὁ ἀγοραῖος ἡ ἀγοραία τὸ ἀγοραῖον, τῶν ἀγοραίων. ὁ λίθινος ἡ λιθίνη τὸ λίθινον, τῶν λιθίνων. ſic ἡ δικαία τῶν δικαίων. βαρεῖα tamẽ et μέλαινα, τῶν βαρειῶν μελαινῶν: et ſimiliter reliqua q fiũt a maſculinis imparibus, ſubſtãtiuorũ formã ſequũtur, τραπεζῶν uidelicet et ἀληθειῶν, ac reliquorũ. Quidã ſic tradũt genitiuos in. ων a rectis in. αι. uniꝰ qdẽ generis circũflecti, triũ uero, ſuos maſculinos ſeq: niſi fœminina genitiui terminatio literis differat a maſculina. tunc enim circũflecti. ut ὁ βαρὺς τῶν βαρέων, ἡ βαρεῖα τῶν βαρειῶν.*

De ratione toni in verbis & participiis. Ca. 10.

THemata verborũ incõtracta finita ĩ. ω. acuũt penultimã, τύπτω ἀκούω. in. μι. antepenultimã, ſi duas ſyllabas excedãt, δίδωμι τίθημι. alias diſſyllaba, penultimã circũflectunt, vt τλῆμι δῦμι. exceptis φημὶ καὶ εἰμὶ oxytonis. In. ω. vero cõtracta vltimã circũflectũt, ποιῶ βοῶ. In his oibꝰ vocis paſſiuæ præſens in eodẽ loco tonũ cõſeruat, τύπτομαι δίδομαι ποιοῦμαι.

Parataticꝰ ſemp nitit tonũ remittere ĩ ãtepenultimã, ἔτυπτον ἤκουον. alias ĩ diſſyllabis, et vbi reperit vltimæ lõgæ impedimẽtũ, ſedet in penultima, ἄγω ἦγον, τίθημι ἐτίθην, ποιῶ ἐποίουν. Ex futuris actiuũ priꝰ paroxytonũ eſt, τύψω: poſteriꝰ periſpomenon, τυπῶ. paſſiua ſũt ꝑparoxytona, τυφθήσομαι τυπήσομαι τετύψομαι. etiã mediũ priꝰ τύψομαι: ſed poſteriꝰ ꝑperiſpomenon, τυποῦμαι. Excipiunt verba qntæ cõiugationis: in qbus futurũ prius actiuũ, periſpomenon eſt, ψαλῶ: mediũ properiſpomenon, ψαλοῦμαι.

Ex indefinitis actiua nituntur tonum remittere in antepenultimā, quatenus fieri poſſit, ἔτυψα ἔστησα ἔτυπον. Quod vbi fieri nequit, paratatis cum imitantur, ἄγω ἦγον, τίθημι ἔθην. Paſſiua & media penultimam acuūt, ἐτύφθην ἐτύπην, ἐτυψάμην, ἐτυπόμην. Paracimeni acuūt antepenultimā, hyperſyntelici penultimā. τέτυφα τέτυπα τέτυμμαι, ἐτετύφειν ἐτετύπειν ἐτετύμμην.

Tempora imperatiui acuunt, quoad licet, antepenultimā. τέτυφε τέτυφο. alias vbi fieri nequit, penultimā, τύπε τύψαι. excepto indefinito ſecūdo medio, quod vltimam circumflectit. τυποῦ. tria tamen acuunt penultimam, τράπου ἐπιλάθου et ἀφίκου. Exceptis etiam quinqꝫ indefinitis actiuis oxytonis, εἰπὲ dic, ἐλθὲ veni, λαβὲ accipe, εὑρὲ inueni, ἰδὲ vide. quæ tamen ipſa antepenultimā acuunt cōpoſita. vt κάτειπε, ὑπόλαβε, ἔξευρε, πρόσελθε. Idem faciunt alia diſſyllaba, vt ἀνάβηθι ἀνάστηθι. At monoſyllaba penultimam, vt δὸς ἀπόδος, ἐς ἄφες, χὲς ἐπίχες.

Tēpora optatiui & infinitiui iiſdē in locis tonū habere volunt, in quibus tēpora indicatiui illis reſpōdentia, τύπτω τύπτοιμι τύπτειν. niſi vltima impediat, τίθημι τιθείην, τύπτομαι τυπτοίμην, ἔθην θείην. Notātur indefinita ſecūda actiua infinitiui in. ειν. quæ vltimā ſolent circūflectere τυπεῖν. item paſſiua vtraqꝫ, quæ in optatiuis & infinitiuis tonū habent in penultima, τυφθείην τυπείην, τυφθῆναι τυπῆναι. Et infinitiua oīa in. ναι. quæ in penultima tonū habent, τιθέναι θεῖναι τετυφέναι. Quorum formam ſequitur paracimenos vtcūqꝫ deſinens, τετύφθαι πεποιῆσθαι τεθεῖσθαι. Alias reliqua infinitiua in. θαι. antepenultimā acuere ſolent, τύπτεσθαι τύψεσθαι τυφθήσεσθαι τυπήσεσθαι τετύψεσθαι τύψασθαι. niſi ꝙ ex mediis ſecūdis futurū & indefinitū ſua tpā ſeq malūt, τυποῦμαι τυπεῖσθαι, ἐτυπόμην τυπέσθαι.

Subiunctiui quoqꝫ tēpora ſua indicatiua ſequūtur. τύπτω, ἐὰν τύπτω. τύπτομαι, ἐὰν τύπτωμαι. niſi vbi additur impedimentū. τέτυφα, ἐὰν τετύφω. et vbi tollitur. ἐτυπόμην, ἐὰν τύπωμαι. ἐτυψάμην, ἐὰν τύψωμαι. Notantur pręterita paſſiua, quæ penultimā circūflectunt, vt πεποίημαι πεποιῶμαι. et indefinita, quæ vltimā, τυφθῶ τυπῶ. atqꝫ his ſimilia præſentia & indefinita ſecunda actiua eiuſdē modi in verbis εἰς. μι. ἐὰν τιθῶ, θῶ. quorū paſſiua periſpomena euadunt addito. μαι. τιθῶμαι, θῶμαι. Præterquā in carentibus actiua voce, quæ antepenultimā acuunt, vt δύνωμαι ἐπίστωμαι. qđ itidē accidit in omnibus. aor. ſecundis mediis ſubiunctiui in. ωμαι. quū in cōpoſitione excedunt tres ſyllabas. vt θῶμαι ἐπίθωμαι, δῶμαι ἀπόδωμαι, χῶμαι



χῶμαι ἀπόχωμαι. et in ſubiunctiuis in. ω. cōpoſitis à monoſyllabis. quorum participia nō deſinunt in. σ. oxytonū. vt χῶ ἀνάχω κατάχω. πῶ ἐπίπω. Quæ autem habent participia in. σ. oxytonum, non mutant tonum. βῶ ἀναβῶ. δῶ ἀναδῶ. quia βὰς δούς.

Participii actiui tonus in præſenti & futuro priori idem eſt cum ſuo indicatiuo. τύπτω, ὁ τύπτων τύψων. exceptis præſentibus ἰὼν κιὼν ἐὼν, ab ἴω κίω ἔω. In paracimeno & poſteriori indefinito vltimæ acuūtur, τετυφὼς τυπών. His ſimilis eſt paracimenos medius, vt ὁ τετυπώς. paſſiuus vero in. μενος. penultimā acuit, τετυμμένος. reliqua participia ī. μενος. antepenultimā acuūt. Vltimā qꝫ acuūt præſentia & indefinita ſecūda à verbis in. μι. τιθεὶς θείς. quorū formā ſequūtur indefinita paſſiua, τυφθεὶς τυπείς. Indefinitū actiuū pri⁹ penultimā ſemp acuit. ἐποίησα ὁ ποιήσας, ἔτυψα ὁ τύψας.

In perſonarū vero inflexiōne primā reliquæ vt plurimū ſequūtur: niſi quū acutus cogitur deſcendere: vel ob additam ſyllabā: vel ob vltimā effectam longā. τύπτομαι τυπτόμεθα, τύπτε τυπτέτω τυπτέτωσαν. Alias tonus in verbis potius nititur aſcendere, quā deſcendere. qđ liquet in ἐτυπόμην ἐτύπετο ἐτύπεσθε ἐτύποντο, ἐτυψάμην ἐτύψατο. et ſimilibus. Interdum vltima correpta quieſcit. vt puta in optatiui præteritis paſſiuis. vt πεποιήμην πεποιῇο πεποιῇτο. τεθείμην τεθεῖο τεθεῖτο. et in præſentibus verborū in. μι. vt τιθείμην τιθεῖο τιθεῖτο, διδοίμην διδοῖο διδοῖτο.

SCHOL. *Verborū ſpecialis tonus etiā uſu cōmodius quā regulis percipitur. Sūt tamen quædā regulæ generales, & alioqui peculiares exceptiones, quas expediet methodo tenere: quo de ſimilibus expeditius ſit inditiū. Qualis eſt regula illa. Omne uerbum ultimā habens longā, eam circūflectit: ſi modo ibi ſit collocandus tonus. ut* ποιῶ ποιεῖς, τυφθῶ, τιθῶ. ῆς. ῆ. δεῖ, ἐχρῆν. *excepto tantū* χρὴ *oportet, ultima acuta. Item altera de participio deſinente in.* σ. *oxytonū declinato per.* ντ. *quā apoſuimus in ſcholijs cap. 42. lib. 2. Quod autem ad cōpoſitionē attinet, notātur tempora trochaica: quæ tonū non remittunt in antepenultimā, contra quā in nominibus accidit. ut* εἶπε κατεῖπε, εἶχε παρεῖχε. *Exceptis* οἶδα σύνοιδα, οἶσθα σύνοισθα, κεῖμαι πρόσκειμαι: *quanquā* κεῖσθαι *non remittit,* προσκεῖσθαι: ἧμαι κάθημαι. *Sed in hoc & in* κεῖμαι *excuſatur, ꝙ ſint à uerbis* εἰς. μι. *quæ uolunt in antepenultima acui. ut* τίθημι ἵστημι. *&c. At* ἐκαθήμην ἐκάθησο *hyperſyntelicos, quū deponit augmentū, unà etiā tonū in penultimā tranſfert,* καθήμην καθῆσο καθῆτο. *Demoſth.* πρέσβεις καθῆντο ἐν Μακεδονίᾳ. *Participiorū obliqui nominū regulis ſubiacent. Fœmininorū & neutrorū toni eandē cū maſculinis ſedem occupant.* ὁ τύ-

πτων ἡ τύπτουσα τὸ τύπτον. ὁ τετυφὼς ἡ τετυφυῖα τὸ τετυφός. ὁ ποιήσας ἡ ποιήσασα τὸ ποιῆσαν. *Niſi quū ultima longa in fœmininis in.* μενη. *tonū demittit ex antepenultima in penultimam* τυπτόμενος τυπτομένη.

De tono ꝓnoim, articulorū ꝑpoſitionū aduerbi. & cōiūctionū. Ca. 11.

EX pronominibus, ἐγὼ et σὺ in rectis datiuis & accuſatiuis ſingularium vltimā acuūt: in genitiuis tantū circūflectunt. In dualibus νῶϊ σφῶϊ properiſpomena ſunt: ſed νὼ σφὼ oxytona. Quia nominatiu⁹ dualis deſinens in.ω. nunq̄ circūflectitur. Hæc autē quidā cōtracta eſſe nolūt, ſed abſciſa. In genitiuis vero νῶϊν νῷν, σφῶϊν σφῷν. ι. ſubſcriptū indicat ꝑ cōtractionē fieri. Caſus plurales vltimā circūflectunt oēs, niſi quū diſſoluūtur poetice. nā tunc penultimā acuunt, ἡμεῖς ἡμέες, ἡμῶν ἡμέων. Oὗ vero tertiæ perſonæ nōnihil diſcrepat. Nā datiuū ſingularē habet circūflexū οἷ, et pluralē paroxytonū σφίσιν. Itē dualia oxytona σφὲ σφίν. in reliqs conuenit cū prima & ſecūda pſona. De cæteris pronominibus ſupuacaneum eſt ſigillatim inculcare, qđ in illorū inflexionibus liquido apparet. Sequūtur autem omnino formam nominū adiectiuorum parium in. ος. η. vel. α. ον. eadem variatione ſeruata in motione & inflexione.

Articuli quoq; per ſe patent. Recti enim præpoſitiui ὁ ἡ, οἱ αἱ abſq; toni apice ſcribuntur, reliqui omnes variantur vt nomina adiectiua oxytona in. ός. ή. όν. ſic, ὅς vt καλός, ἥ vt καλή, τὸ et ὅ, vt καλόν. τοῦ et οὗ, vt καλοῦ. τῷ et ᾧ, vt καλῷ. et ſic de cæteris.

Præpoſitiones vltimam habent grauem, vt pote quæ in conſequentia deprehenduntur caſualibus præpoſitæ. alias illis poſtpoſitæ diſſyllabæ tonum trāſferunt. Quod facit ſola περὶ in proſa oratione. τούτων πέρι. in carmine vero etiam aliæ. Qua de re dicetur copioſius lib. 5. Item quū pro verbis impſonalibus ſumuntur. vt πάρα pro πάρεςι, preſto eſt. μέτα pro μέτεςι, participacio eſt. ἔπι pro ἔπεςι, ineſt. ἔνι pro ἔνεςι, contingit.

Aduerbia terminata in. θεν. et. θι. ibi tonum habent, vbi primitiua vnde deducuntur. ἄνω ἄνωθεν. ἀγρὸς ἀγρόθεν ἀγρόθι. Sic ποῦ, πόθεν vnde. nam ποθὲν indefinite ideſt alicunde, differentiæ gratia vltimam acuit. Monoſyllaba vero interrogatiua, circumflectuntur. ποῦ vbi? πῶς quomodo? Quæ indefinite quoq; ſumuntur, ſed amiſſo prorſus tono, που alicubi, πως quodāmodo. Finita in. ζε. antepenultimam acuunt, θύραζε ἔραζε. excepto χαμᾶζε. Ad hæc νῦν circumflectitur, νυνὶ acuitur. Nam. ι. acui vult, quoties attico more additur ad aliquid propius & euidentius demonſtrandum. vt δευρὶ hucce, ἐνθαδὶ hic. Alias aduerbia finita in. ι. breuē grauantur, vt νόσφι ἶφι. excepto πρωΐ. Præterea deſinentia in. υ. monoſyllaba circumflectuntur, vt γρῦ μῦ ὗ apud Ariſtophanem. Et vniuerſaliter quoties vltima habet diphthongum cum. υ. circumflectitur, ſi ſupra ſe tonum recipiat, vt φεῦ οὐδαμοῦ τυπτοῦ. exceptis οὐ ἰδοὺ ἰού.



Ex coniunctionibus copulatiuæ & diſiunctiuæ acuuntur. præter ἤτοι. Itidē continuatiuæ & ſubcōtinuatiuæ, εἰδὴ ἐπεὶ, ἐπειδὴ. adiecto quoq; his περ, tonus in eadem manet. εἰδήπερ, ἐπείπερ, ἐπειδήπερ. Cauſales quæ vnam ſyllabam excedunt, penultimam acuunt. ὅτι διότι ἵνα ὅπως. δι' ὅ vero, καθ' ὅ, et ἐφ' ᾧ in diuiſione ſunt. quæ coniunctim quoq; ſcribi poſſunt non mutatis tonis, διὸ καθὸ ἐφῷ. Ex dubitatiuis, ἆρα vtrum, circumflectit penultimam, quū vero eandem acuit ἄρα igitur, fit illatiua. Aduerſatiuæ penultimam acuunt. ὅμως ἔμπης καίπερ. Reliquæ ſigillatim explorandæ. Quid enim refert de tam minutis ac variis præcipere.

SCHOL. *Articuli præpoſitiui, aut ſolum ſpiritum recipiunt, aut tonum ſolum. Poſtpoſitiui uero utrumq;. Præpoſitiones.* εἰς. ἐς. ἐν. ἐκ. ἐξ. *Item coniunctio* εἰ, *et aduerbia* οὐ οὐκ οὐχ, *non ſequente puncto, et aliquando* ὡς, *atq; alia quædam abſq; tonis ſcribi ſolent. Nomina neutra aduerbialiter ſumpta, tonum ſuum retinent.* συνεχὲς *aſſidue,* τάχιςα *celerrime. Excipiuntur Attica quædam.* ἀληθὲς ἐπίτηδες & ἐπάναγκες. Εἴπερ, & εἰδήπερ ἀ περ *compoſitæ contra regulam uidentur acuere penultimam. Simili modo* τοίνυν *compoſita à* νὺν *coniunctione completiua ultimam corripiente. Item aduerbia* οὔτε εἴθε εἴτε *compoſita ab* οὐ εἰ. *et* ναίχι *à* ναί. *In quibus omnibus etiam ſi ultima ſit breuis, non tamen circumflectitur penultima exiſtens longa. quia adiectiones caſu carentium non mutant acutum.*

De variatione & trāſlatione toni, deq; encliticis dictionibus. Cap. 12.

TRanſfertur tonus è legitimo loco in ſequentem ſyllabam aut in præcedentes in eadem dictione, ſiue ſimplici, ſiue compoſita, aliis etiā modis præter ſupradictos, libro ſequente attingendis. Quin et in præcedentem dictionem ſuum tonum tranſmittunt particulæ encliticæ, eumq; illa acceptum ſimul cum proprio tono apice figuratum oſtentat, quum videlicet eſt proparoxytona, vt δίκαιός ἐςι. et quum properiſpomena, vt δοῦλός τε. et paroxytona trochaica, vt φύλλά τε. quum vero eſt oxytona, grauem ſuū erigit in acutū, vt σοφός τις. Alias apex euaneſcit, vt λεγέτω τις. Quandoq; manet immobilis. ἤδη φαμὲν, φίλοι εἰσὶν, ἥρως ἐςί.

Eſt autem encliticũ nomen τὶς τινὸς in omnibus generibus, & per omnes caſus indefinite ſumptum .i. aliquis. et του, τῳ pro τινὸς τινὶ, in genitiuo & datiuo, vt alibi dictum eſt. τίς vero τίνος interrogatiue, quis cuius, rectũ habet tonũ. Ex pronominibus inclinãtur obliqui ſingulares primæ perſonæ. quũ .ε. abiiciunt. μου. μοι. με. δοῦλός μου. ἔδωκέ μοι εὔφρανέ με. Item ſecundæ. σου. σοι. σε. Et tertiæ omnes caſus trium numerorũ. Ex verbis, φημὶ φησὶ. φαμὲν φατὲ φασί. Item εἰμὶ, in præſenti indicatiui. quod quidem in tertia pſona tripliciter effertur. acuta priori ἔστι: et poſteriori ἐστί: et enclitice σοφός ἐστι. Priorem acuit præcedẽtibus οὐκ, ὡς, εἰ, τοῦτο, ἀλλά. vt οὐκ ἔστιν ἄλλος, non eſt alius. ὡς ἔστι τῶν αἰσχρῶν, vt eſt ex turpibus. εἰ ἔστιν οὕτως, ſi eſt ſic. τοῦτ᾽ ἔστιν ἁμάρτημα, hoc eſt peccatũ. ἀλλ᾽ ἔστιν εἰπεῖν, atq licet dicere. Et cũ inchoat clauſulam. Aeſchines. ἔστι γὰρ ὦ Ἀθηναῖοι τῶν περὶ τὰς ἀρχὰς εἴδη τρία. Sunt igitur o Athenienſes magiſtratuũ genera tria.

Tonũ vero tranſfert præcedente dictione oxytona. καλός ἐστι, bonus eſt: & periſpomena, φῶς ἐστι lux eſt: et properiſpomena, δοῦλός ἐστι, ſeruꝰ eſt. dũ modo vltima nõ ſit longa poſitione: quia in φοῖνιξ ἐστί, nõ tranſfertur. Itẽ præcedente proparoxytona. δίκαιός ἐστι. Poſteriorẽ acuit, quoties aliter in ſermonẽ incidit: præcedente videlicet in dictione nõ proparoxytona iambo, vt Ἀριστοτέλης ἐστίν: aut ſpondeo, ἅρπαξ, εὔνους, φοῖνιξ ἐστίν: aut pyrrichio, νέος ἐστίν: aut trochæo paroxytono, μάντις ἐστίν. Iiſdem modis vſurpantur εἰμί, et poetica εἰς ἐστί. Itẽ reliquæ perſonæ duales & plurales: niſi q priorem nõ acuũt. εἶ vero ſecũdæ perſonæ ſingularis tonũ nõ amittit.

Ex aduerbiis inclinãtur, πού πώς πῶ πή ποθὲν ποτὲ, indefinite ſumpta. Nam interrogatiue circũflectuntur, demptis πόθεν vnde, et πότε quãdo paroxytonis. Ex cõiunctionibus, τε γε, et completiuæ κε κεν ρα νυ νυν περ θην. poeticæ.

SCHOL. *Tonus ẽt eius locus (ut ſparſim dictum eſt) uariari ſolet quãtitate ẽt inflexione.* μοῦσα μούσης, ἄνθρωπος ἀνθρώπου. αἴνιγμα αἰνίγματος. Idiomate μῶρος pro μωρὸς Attice, σόφως pro σοφῶς Dorice. *Eliſione.* ἀπ᾽ αὐτοῦ, pro ἀπὸ αὐτοῦ. *Item* δεῖν᾽ ἔπαθεν, pro δεινὰ ἔπαθεν. *Syncope,* θύγατρα. *Paragoge,* ἐνθάδι, τοδί. *Compoſitione.* σοφὸς φιλόσοφος. *Anaſtrophe.* τούτων πέρι, pro περὶ τούτων. *Differentia.* θεὰ *dea,* θέα *ſpectaculũ. Quibus adde inflexionis uariationẽ. ut* θαλῆς θαλοῦ *et* θάλης θάλητος. ἀπολλύω καὶ ἀπόλλυμι. *Et uariatam orthographiam eodem ſignificato. ut* διαυγία καὶ διαύγεια, ὠφελία καὶ ὠφέλεια, τελωνεῖον *et* τελώνιον. *hoc tamen plærumq; iuxta Atticos fit. Et aphæreſin. ut* ἔβη βῆ. *Item*



*poetarum metaplaſmũ. ut* μελίκρατι *pro* μελικράτῳ. πρόβασιν *pro* προβάτοις. *Item irregularia, ſi uidetur. ut* ἐλθὲ *in indefinito imperatiui, et* ἰὼν *in præſenti participij. His & alijs ſi quæ ſunt uariandi toni rationibus, nunc accedit eius erectio & tranſlatio occaſione dictionis encliticæ. Eſt igitur dictio enclitica, ideſt inclinatiua, quæ inclinat ſuum tonum, ut præcedentis dictionis ultimum grauem in acutum erigat:* δοῦλός ἐστιν. *Hic uerbum* ἐστὶν *inclinat ac deprimit ſuũ acutum in grauem uidelicet ſyllabicum: ut grauem ſyllabicum præcedentis ſyllabæ.* λος. *erigat in acutũ. Alias enim encliticæ quũ initia clauſularum occupant: ſuũ retinent tonũ.* τινὲς εἶπον, *quidã dixerunt.* φησὶν οὗτος, *ait hic. Præterea quãdo dictioni duo toni incũbunt, uterq;, quoad fieri poſſit, uoce erit efferendus.* μάχεταί μοι, δοῦλός ἐστι. *Synencliticæ dicũtur particulæ encliticæ, quæ in oratione coniũctæ, altera alterius tonũ erigunt. ut* ἤ νύ σέ που δέος ἴσχει. *ubi grauis* ἢ *erigitur à.* νυ. *particula enclitica. itidem* νυ *à* σε. *et* σε *à* που. *Accidit autem ſæpe ut toni encliticæ figura euaneſcat. Nã quũ ſequitur periſpomenã dictionem, & paroxytonam finitam ſpondeo iambo uel pyrrichio, neutiquã pingitur. ut* φῶς ἐστι. ἀτρείδης τε, ἔρως τε, ὅτι οἱ. *niſi quũ particula enclitica incipit à* σ φ. *tũc enim erigitur grauis præcedẽtis dictionis utcũq; finitæ.* ἵνά σφιν. ἔνθά σφεας, τόξά σφεων. *Ariſtarchũ ferũt noluiſſe in Odyſſea tonum enclitici pronominis* μοι *nomini* ἄνδρα *imponere: q id abſurdum iudicaret in ipſo ſtatim poeſeos initio. Ad hæc quædã ſemper reperiũtur abſq; tono. ut* μου μοι με σφιν. *Quædã non ſemper. ut* σοῦ σοὶ σὲ, ἐστί. *Notatur* σου *poſt* ἕνεκα *et* ἕνεκεν *nõ inclinari.* ἕνεκα σοῦ, *nõ* ἕνεκά σου. *ſic quoq;* πρὸ σοῦ, ἐπὶ σοὶ, πρὸς σέ. *quia præpoſitiones grauem ſuum in acutum erigere nolunt.*

De certis locis duorum ſpirituũ craſſi & tenuis. Cap. 13.

SPiritus in ſyllaba eſt qualitas, qua vocalis aſpere vel leniter profertur. Vnde alter dicit δασεῖα, ideſt aſper & craſſus, alter ψιλή, ideſt tenuis & exilis. Loci ſpirituũ ſunt vocales dictionũ inceptiuæ: nã reliquę citra diſcrimen tenuiter proferri intelliguntur. ρ. quoq; inceptiua aſpirationẽ habet: media vero & finalis non aſpiratur. Ideoq; tunc apicẽ repudiat. vt ῥήτωρ ῥήτορος. niſi q in medio quũ geminatur vtrumq; recipit. ἔρρωσθε valete. Recti ſpiritũ ſeruant obliqui: thematis vero participia, & verbi tẽpora. excepto ἔχω ἕξω. ε. tamẽ in augmẽtis verborũ attenuatur ſemp: præterq in paracimeno & hyperſyntelico verbi ἵστημι, ἕστακα ἑστάκειν. Omnis articulus à vocali incipiens aſpiratur. ὁ ἡ, ὅς ἥ ὅ, οὗ ἧς. &c. Pronomina ab. ε. incipientia attenuantur, excepto ἕ et ἑαυτοῦ. Quæ vero aliud habent initium, aſpirãtur. vt οὗ οἷ οὗτος. excepto αὐτὸς tenui. qđ tamen quũ recipro

cationem ſignificat aſpiratur, αὑτοῦ ſui ipſius: ſicuti & cõpoſitum ἑαυτοῦ, ex quo per aphæreſin fit. Præpoſitiones attenuantur, exceptis ὑπὸ ὑπέρ.

Coniunctiones quoq; attenuantur. vt εἰ ἀλλά. Exceptis cauſalibus, vt ἵνα ὅπως. præter ὄφρα. Numeralia aſpirantur. vt εἷς ἕξ ἑκατόν. exceptis ὀκτὼ ἐννέα εἴκοσι, cum deductis ab eis. Redditiua facta per abiectionem conſonantis tenuis, aſpirantur. vt τόσος ὅσος, τηνίκα ἡνίκα. exceptis τόφρα ὄφρα, τῆμος ἦμος. Deriuatiua quũ initium primitiuorum retinent, eorum quoq; tonum ſeruant. vt ἀκούω ἀκοή, ἵππος ἱππεύω. Exceptis ἄμυδις ab ἅμα, εἱρμὸς ab εἴρω, εἱρκτὴ ab εἴργω, et ἱδρὼς ab ἰδίω.

A. particula priuatiua compoſita leuigatur, vt ἄπους. exceptis ᾅδης et ἅλυσις. Sed quum congregationem ſignificat, aſpiratur. vt ἅπας ἅμα. Porrò. α. ante quãuis literam attenuatur. exceptis ſequentibus, in quibus & in compoſitis ac deductis ab eis aſpirari ſolet. Nẽpe vbi ſequitur. βρ. vt ἁβρότης. Item ἁγνὸς ἅγιος ᾅδης ἅδη ἁδρὸς ἁδεῖν ἁδηνεύω ἁδεινὸς ἁλς ἁλίαρτος ἁλικαρνασὸς ἅλις ἅλως ἁλίζω ἁλίσκομαι ἅλυσις ἅλλομαι ἅμα ἁμαρτάνω ἅμιλλα ἅμμα ἁμὶς ἁμηγέπη ἁμωσγέπως ἅμαξα ἁνδάνω ἅπαξ ἅπας ἁπαλὸς ἅπτω. Item vbi ſequitur. ρ. cum. μ. ſiue. π. vt ἁρμόζω ἅρπυια: præter ἄρμενον ἀρμενία. Item ἅττα ideſt quæcũq;. ἅτερος ἅτε ἁφὴ ἁψὶς ἅψεα.

E. quoq; plærumq; attenuatur. vt puta ante. ε. ι. υ. præter ἑέλδωρ ἑέρση. Itẽ ante. β. γ. δ. Exceptis ἕδος ἕδρα ἕδνον ἑδώλιον ἑδανός. et ἕβδομος, ac ſimilibus numeralibus ab ἑπτὰ deſcẽdẽtibus, et vbi ſequitur. βρ. vt ἑβραῖος. Attenuatur quoq; ante. θ. φ. χ. præter ἑφθός. Itẽ ante. π. et. τ. exceptis ἕπομαι ἑπτὰ ἕτερος ἕτοιμος ἑταῖρος. Item ante. λ. μ. ν. ρ. σ. Exceptis ἕλω ἑλλὰς ἕλλην ἕλη ἑλένη ἕλενος ἑλλὸς ἕλος ἑλίκη ἕλιξ ἑλικὼν ἑλικώπιδες ἑλίττω ἕλκω ἑλκύω ἑλώρια ἕλμινς ἕμις ἕμος ἕνεκα ἕνεκεν ἐνιαῦος ἕρδω ἕρκω ἑρμῆς ἕρμαιον ἕρπω ἑρπετὸν ἕρση ἑρσήεις ἕργμα ἕσπομαι ἕστε quouſq;, ἑστία ἑστιῶ. Aſpiratur ante. α. ο. ω. præter ἔαρ ἐάω ἔοικε ἐὰν ἔοργε ἔω ἐών. Et ante. κ. ζ. ψ. Exceptis ἑκ ἑκτὸς ἑκεχειρία.

H. ante quãuis vocalem attenuatur. Item ante. δ. θ. τ. π. κ. exceptis ἡδὺς ἡδονὴ ἧπαρ ἑπία ἠπιάω ἧπον ἥτις ἧχι. Et ante. ζ. λ. μ. ν. ρ. exceptis ἥλιος ἧλος ἡλῶ ἡλικία ἡμέρα ἥμερος ἥμισυ ἡμῶν ἡνίκα ἡνία ἥρως ἡρώδης ἡρωδιανὸς ἥρα ἡρακλῆς ἡρόδοτος. et talibus compoſitis. Aſpiratur autem ante. β. vt ἥβη. cum pleonaſmo tamen, attenuatur. vt ἠβαιόν. Et ante. γ. κ. σ. φ. exceptis, ἠσὶν ait, ἦσθα fuiſti, ἠφλοισμὸς ſpuma.

I. ante vocalem attenuatur. Exceptis ἱερὸς ἱέραξ ἵημι. Et ante. β. γ. δ.



niſi quũ ſequitur. δρ. vt ἱδρὼς ἱδρῶ. et ante. π. præter ἵπταμαι. Quũ vero geminatur, vt ἵππος, aſpirari ſolet. Attenuatur et ante. κ. τ. φ. χ. θ. ξ. ψ. σ. exceptis ἱκανὸς ἱκάνω ἵκω ἱκνέομαι ἱκέτης. exceptis quoq; incipientibus ab ιϛ. vt ἵστωρ ἱστορία ἱστός. præter ἴσρος. et præter facta per ſyncopen ab ἴσημι, ἴσω ἴστε ἰστέον. &c. Etiam leuigatur ante. λ. ν. ρ. exceptis ἵλεως ἱλάσκω ἱλαρὸς ἵνα ἱρὸς ἱρεύς. Aſpiratur autem ante. ζ. et ante. μ. ſequente vocali. vt ἱμὰς ἵμερος. ſequente vero conſonante attenuatur. vt ἴμβρος.

O. ante quãcũq; literã attenuatur. Exceptis ὁδὸς ὅδε ὅθι ὅθεν ὁποῖος ὁπόσος, et aliis huiuſmodi nominibus. Item ὅλμος ὁλκὴ ὁλκὸς ὅλος ὁλότης. ὁμοῦ. et ab eo compoſitis ὁμῆλιξ ὅμιλος ὁμιλία ὅμηρος ὅμοιος ὁμαλὸς ὁμοκλή. et habentibus. πλ. poſt. ο. vt ὅπλον ὁπλή. Item ὁράω ὅρος ὅριον. et habentibus. μ. poſt. ρ. vt ὅρμος, præter ὄρμενος. et habentibus. σ. ſequente vocali, vt ὅσιος, excepto ὄσιρις. quũ vero conſonans ſequitur, leuigantur. vt ὀστοῦν, præter ὅστις. O. quoq; per pleonaſmon compoſitionẽue initio dictionum additum aſpiratur. vt ὁποῖος ὁπόσος ὅτε ὁπότε ὅπου ὅποι.

Ω. magnum leuigatur. Exceptis ὧδε ὡς ὥστε ὥρα ὡραῖος ὡρακιῶ.

Diphthõgi attenuantur. articulis exceptis, vt puta. αι. præter αἱρῶ αἱροῦμαι. niſi ſequatur. μ. tunc enim aſpiratur, vt αἷμα. præter αἵμων gnarus. Item. αυ. exceptis αὕτη et αὑτοῦ pro ἑαυτοῦ. Item. ει. et. ευ. exceptis εἱλύω εἱμαρμένη εἷμα εἱρμὸς εἱρκτὴ εἵως εὕδω εὕω εὑρίσκω. Item. οι. in dictionibus ſupra vnam ſyllabam. exceptis οἷμος οἱμῶ οἷος. Item. ου. excepto οὕνεκα. Ex improprie dictis, ᾳ. ῃ. ῳ. ſimplicium vocalium videlicet. α. η. ω. rationem ſequũtur, ηυ. attica, et. ωυ. ionica pro aliis fere ponuntur. υι. demum aſpirari vult ſicuti. υ. vt υἱός.

SCHOL. *Vix reperies qui in proferendo diſcrimen faciat inter ſpiritum uocalis tenuem & denſum. uterq; enim uulgo tenuiter enunciatur. In conſonantibus tantum aſpiratis denſus flatus cum litera nunc expiratur. ſicuti in prolatione literarum diximus. In compoſitione quoq;, quũ conſonans tenuis obuiat aſpiratæ uocali: denſus ille retrocedens in tenuem conſonantẽ, conuertit ipſam in aſpiratã. ut* ἕλκω ἐφέλκω, αἱρῶ καθαιρῶ. *Quod itidem in ſimplicitate accidit. ut* ἐφ' ὑμῶν καθ' ἑτέρου, *item* τὴν νύχθ' ὅλην. *ubi duæ adhuc tenues in ſuas aſpiratas tranſierunt. Sed de his dictum quoq; ſuperius eſt non ſemel. Perit autem alias denſus per compoſitionem. ut in* σύναιμος, παρέλκω. *Tenuis uero perpetuo idem eſt in omnibus ſyllabis primis medijs & ultimis non aſpiratis.* Ἕξω *futurum ab* ἔχω *aſpirationem recipit ad differentiam aduerbij* ἔξω *extra: alias thema illam abieciſſe. di-*

*citur, ne in utraq; ſyllaba continue geminaretur. futurũ uero. χ. conſonante aſpirata conuerſa in. ξ. ſublatoq; impedimento, aſpirationem ſupra. ε. recepiſſe. Id autẽ in alijs non raro contingit. ut in τρέχω θρέξω, θρὶξ τριχὸς, τύπηθι τύφθητι. De diſtinctione particulæ. η. quæ nunc tenui, nũc denſo ſpiritu inſignita, tono etiam uariat. lib. præcedenti in cõiunctionibus abunde dictum eſt. Poſtremo hic ſemper meminiſſe oportet regularũ generaliũ. ne in ſingulis inculcandæ ſint exceptiones compoſitionũ augmentorum pronominum articulorum. &c.*

De ſyllabarum quantitate regulæ quædã generales. Cap. 14.

TEmpus in ſyllaba eſt interuallum, quo vocalis producitur aut corripitur. Eſt autẽ ſyllaba quædã μακρὰ, ideſt longa, alia βραχεῖα, ideſt breuis, alia κοινὴ ideſt cõmunis. Et longa quidẽ, vel natura vel poſitione. Natura lõga eſt, quæcũq; habet diphthongũ aliquam, vt εὔνους, aut vnã ex vocalibus natura lõgis, vt ἥρως, aut ancipitem ex ſe productã vt ψυχή. Poſitione, quæ producitur ob conſonantẽ duplicem: aut alioqui ob duas treſue conſonãtes ſequentes, τύψω ἔστελλον ἔμπλεως. Breuis vero eſt, quæ vocalem habet breuẽ aut ancipitẽ, neutrãq; productã. vt λέγε λόγος πλοῦμα. Cõmunis ſiue media eſt, quæcũq; in eadem dictione indifferenter vſurpatur. i. modo longa, modo breuis, vt. α. in καλός. Verũ de ſingulis explanatius dicendũ. Sunt igitur natura longæ. η. et. ω. et omnes diphthõgi. natura breues. ε. et. ο. ancipites vero latinarũ inſtar, quæ. ſ. in quibuſdã ſyllabis natura longæ, in aliis breues paſſim reperiuntur. α. ι. υ.

Syllaba quæcunq; verſum terminans, indifferens habetur: breuis vero dictionem finiens, ſimulq; pedem inchoans, in heroico ſæpe producitur: præſertim ſi vocales concurrant.

Diphthongus ſeu vocalis ſimplex natura longa, ſequente alia vocali in eadem & diuerſis dictionibus, ſæpe corripitur.

Omnis ſyllaba circumflexa, & omnis contracta eſt longa, vt ὁ μῦς τὸ χρυσᾶ, τοὺς ὄφις.

Binæ vocales contiguæ quãdoq; in ſingulas ſyllabas non diphthõgos per συνίζησιν vniuntur. vt χρυσέω ἀνὰ σκήπτρῳ. χρυσέω α dactylus eſt.

Anceps diphthõgo ſoluta corripitur. vt ἐΰ ἠΰ, pro εὖ ἦυ. παῖς pro παῦς.

Muta præcedens, & liquida in cõprehenſione ſequens, vocalem breuem ipſas antecedentem indifferentem faciunt: idq; in eadem & in diuerſis dictionibus. quod etiam faciunt. μν. κτ. πτ. Liqueſcunt. autem. λ. μ. ν. ρ. σ.

Duæ quæuis aliæ cõſonantes pluresue, aut vna vim duarum habens, vocalem



lem præcedentem poſitione producunt.

Conſonans immutabilis quandoq; ſola præcedentẽ vocalem producit, alias breuem, idq; & in eadem & in diuerſis dictionibus.

Deriuatiua vt plurimũ euadunt breuiora ſuis primitiuis, præſertim quũ alteram vocalẽ è diphthongo dimittunt. vt à πείθω πίθανος, à φεύγω φυγή. alias æqualia, quũ literam non deponunt. vt δίκη δίκαιος δικαιῶ δικαιοσύνη, omnia prima breui. Item νίκη νικῶ νικητὴς, eadem longa. Compoſita quoq; fere æqualia ſuis ſimplicibus. γυνὴ ἀνδρόγυνος, τιμὴ ἄτιμος.

Monoſyllaba quædam interdũ quaſi liquida & nullius momenti reputantur: quãdoq; rurſus vi propria tẽpus præcedentis breuis producunt: aliquando etiam ſuum inuertunt. qualia ſunt τὲ. μὲν. περ. καὶ. δὲ. τις. et ſimilia.

Syllabæ nõnunquã prætextu præcedentiũ & ſequentiũ à poetis in contrariam quantitatẽ trahuntur. In dictionibus enim tres breues continuas habẽtibus, heroici modo primã ex illis producunt, vt in πριαμίδης ἀθάνατος et aliis, interdũ tertiã, quũ aliæ ſequũtur breues. vt in συβόσια, aut etiã mediam, præſertim quũ ea eſt anceps. vt πόλιες. Rurſus breuem inter duas longas nõnunquã producunt. vt. ι. in ἀτιμίη. aut eius occaſione alterutrã collateralem corripiunt. vt. ι. in φοινικόεσσαι. et. ει. in ποσειδήιον. Interdum etiam quatuor cõtinuas breues ponunt loco vnius pedis heroici. Heſiod. β. ἔργων. τῆμος θώμισυ βουσὶν, ἐπεὶ δ' ἀνέρι τὸ πλέον εἴη. ἐπεὶ δ' ἀνέρι. proceleumaticus eſt ſpondei loco dactyli ve. Sic apud Vergil. Parietibuſq; premunt arctis. et iterum. labat ariete crebro, ianua.

Dialecti peculiarem in quibuſdam ſyllabis rationem habent. Nam. α. pro. η. dorice producitur. vt ἁδὺ, pro ἡδὺ: et ionice in præteritis corripitur, vt ἕστηκα ἕσταα. et itidem alia.

Peregrinæ voces quantitatem habent incertam, ſiue indifferentem. Latinas vero græcanicis regulis ſæpe ſubmiſerunt poetæ iuniores.

SCHOL. *Video quã immenſum ac pene inacceſſum pelagus ingrediar. Nihilo minus audendũ fortiter. ne pars hæc etiã num neglecta relinquatur. Sequar autem in plæriſq; neotericorũ grãmaticæ latinæ præceptorũ ordinem. quo facilius hæc à latinis hominibus percipi atq; inuicem conferri poſſint. Et licet unius Homeri teſtimoniũ ad hæc propemodũ omnia confirmãda ſatis eſſe poterat: poetas tamen alios ſubinde citabo. ut appareat ab illis eaſdem regulas obſeruatas eſſe. Syllaba longa duplã ad breuem in proferẽdo durationẽ habet. quãquã raro ita enũtiari audies, ut id interuallum ſentias. Quoniã autem quãtitas longarũ. η. et. ω. item breuiũ. ε. et. ο. per ſe*

patet; dicendum fuſius eſt de ancipitibus. α, ι. υ. præmiſſis generalibus regulis.
Syllaba quæcũq;.) Prima regula, docens breuẽ in fine carminis pro lõga eſſe, & lõ
gã pro breui. Item in finibus dictionũ, quũ inde inchoat pes, quã cæſuram appellant,
breuẽ produci. ἰλι. ξ. οἱ δὲ μέγα ἰάχοντες ἐπέδραμον. et. γ. ϛεῦται γάρ τι ἔπος
ἐρέειν κορυθαιόλος ἕκτωρ. et. α. ἔλθοῦσ᾽ οὔλυμπόν δε δία λίσαι, εἴ ποτε δή
τι. et. γ. αἰδοῖός τέ μοι ἐσσὶ φίλε ἑκυρὲ δεινός τε. et. α. τόξ᾽ ὤμοισιν ἔχων
ἀμφηρεφέα τε φαρέτρην. Quod quidem non tantum poſt primũ ſecundũ tertium
& quartum pedem accidit, ſed & poſt quintum initio ultimi. ἰλι. α. Ἰδομενεὺς δ᾽
ἑτέρωθεν ἐνὶ κρήτεσσι θεὸς ὥς. et. δ. ἶσα φίλοισι τέκεσσι χαριζομένη πόσει
ᾧ. et. κ. δίδου δ᾽ ὅγε θυγατέρα ἥν. Cuiuſmodi exẽpla, quũ apud Homerũ, per
multa ſint, diuerſaq; nõnulla, Maximũ Planudẽ facile adduxerũt, ut ſcriberet: queli
bet dictionũ finẽ Homero indifferentẽ eſſe. Horũ tamen plæraq; alijs rationibus excu
ſantur: quas mox paulatim aperiemus. Interim ut certũ ſuppoſitum aſſumetur: ean
dem ſyllabam quandoq; diuerſis rationibus breuiari aut protendi, one id in ſingulis re
gulis ſit inculcandum. ¶ Diphthongus.) ſecunda regula. Nuſquã exteritur apud
græcos uocalis ſcripta inter menſurandũ carmen. Quod tamen apud latinos ex præ
cepto fit. Atq; altæ mœnia Romæ. Carthago Italiam contra. At illi uocalem omni
no expungunt, ſuperneq; apoſtrophum inſcribunt. ἣ μυρί᾽ ἀχαιοῖς ἄλγε᾽ ἔθηκε.
hic. α. bis in eodem uerſu expungitur. Interdum ſcriptam relinquũt. ἰλ. γ. ὦ γύναι,
ἦ μάλα τοῦτο ἔπος νημερτὲς ἔειπες. hic neq; αι. neq; ο. expunguntur, neq; ad
huc menſurando elidi poſſunt. Apud latinos raro ſed tamen aliquando contingit non
elidi. Vergil. Et ſuccus pecori, et lac ſubducitur agnis. Exempla longæ ob uocalem
ſequentem correptæ multa quoq; ſunt in Home. ut ἰλ. λ. ὡς ὅτε πῦρ ἀΐδηλον ἐν
ἀξύλῳ ἐμπέσῃ ὕλῃ. et. ζ. ἰλίου ἐξαπολοίατ᾽ ἀκήδεστοι καὶ ἄφαντοι. et in eadẽ di
ctione. ὀδυσ. υ. ἱερεῦον δὲ σύας σιάλους καὶ βοῦν ἀγελαίην. ἰλ. ζ. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ δρυ
αντος υἱὸς κρατερὸς λυκόοργος. Idẽ aliquãdo accidit cõſonãte ſequẽte in altera di
ctione. ὀδυσ. β. εἰδέ κεν οἴκαδ᾽ ἵκωμαι φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν. Orphe. i hym.
νυκτὸς ὁρμαίνωνται χολούμεναι ἀνθρώποισι. Phocy. τοὺς τε καταχθονίους σέβου
δαίμονας ἔννομα ῥέζων. Hoc tamẽ p quã rarũ eſt. ſequẽte enĩ cõſonãte ſæpi9 produ
ctæ manẽt. Itidẽ uocali ſequẽte, pſertim diphthõgi. ἰλ. α. τίσειαν δαναοὶ ἐμὰ δά
κρυα. et. γ. μείων μὲν κεφαλῇ ἀγαμέμνονος ἀτρείδαο. et iterum σκῆπτρον δ᾽ οὔτ᾽
ὀπίσω, οὔτε προπρηνὲς ἐνώμα. et. λ. τρῶες ὀρίνοντο ἐπιμίξ, ἵπποι τε καὶ αὐτοί.
Arat9. καί ποτε καὶ κέπφοι ὁπότ᾽ εὔδιοι ποτέονται. De diphthõgis. αι. et. οι. finali
b. notãdũ, ſemp uſurpari lõgas in optatiuis, ut τύπτοι ποιήσαι: et i datiuis cõtra
ctis, ut λητοῖ: et i aduerbijs, ut οἴκοι χαμαί, excepto πάλαι. ¶ O is cõtractio.) re



gula tertia. Circũflexã ſyllabã neceſſario produci, ſuperi9 dictũ eſt. Cæterũ uocalis cõ
tractione lõga corripi poterit p præcedẽtẽ regulã: quãdo eſt in fine dictionis uocali ſe
quẽte. ἰλ. ν. φοίτα ἀνὰ προμάχους. et. ξ. αὔδα ὅτι φρονέεις. Illud autẽ epigrãma
tis, οἱ κόρις ἄχρι κόρου κορέσαντό μου. ἀλλ᾽ ἐκορέσθην ἄχρι κόρου κ᾽ αὐτὸς τοὺς κο
ρεῖς ἐκκορίσας. Itẽ δυσκλέα ἄργος ἱκέσθαι apud Home. et ἀρχόμενος σέο φοῖβε
παλαιγενέων κλέα φωτῶν, in prĩcipio Argonau. Appollonij. et cuiuſmodi alia, p ſyn
copen apocopenue fieri autumãt, κόρις pro κόριες in priori diſtichi uerſu, eliſo. ε. et in
poſteriori, eliſo. α. pro κόριας. Itẽ δυσκλέα pro δυσκλεέα, et κλέα pro κλέεα, extrito
ε. ſic ὀδ. υ. τ. κέρα pro κέρατα, et alias ſæpe οὔτα pro οὔτασε. ¶ Binæ uocales.) quar
ta regula. Hãc figurã ſynecphoneſin uocãt. i. cõſonãtiã et συνίζησιν. i. coaleſcẽtiã. q̃ fit
multipliciter. Ex duab9 breuib9, ut apud Heſiod. τῶν κεκορεσσάμενος νείκεα καὶ δῆριν
ὀφέλλοις. Ex lõga & breui. Heſio. βουσὶ καὶ ἡμιόνοισιν ἐπηετανόν, αὐτὰρ ἔπειτα.
Ex breui & lõga. χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ. Ex duab9 lõgis. ὀδυσ. υ. βουκόλ᾽ ἐπεὶ
οὔτε κακῷ, οὔτ᾽ ἄφρονι φωτὶ ἔοικας. Syllaba uero q̃ unitur, quãdoq; lõga euadit,
quãdoq; breuis. Obiter adijciã q̃d apud Homerũ, et alios obſeruaui: ἕως crebro p ſy
nizeſin in unã ſyllabã unitũ, poſitũq; etiã ſequẽte breui aliqua rõne productã. ὀδ. υ. θ.
διὰ δώματα ἕως ἵκοντο. ὀδυσ. η. ἀλλ᾽ ἀναχασσάμενοι νῆχον πάλιν ἕως ἐπῆλ
θον. ἰλ. κ. ἕως ὁ ταῦθ᾽ ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν. et. λ. ἕως ὅ τῷ πολέμιζε.
¶ Anceps diphthõgo.) qnta regula. ἰλ. κ. ὑπὸ στεφάνης εὖ χαλκοῦ. et alias. ἑλένης
πόσις ἠϋκόμοιο. Itẽ ἠῢς παῖς ἀγχίσαο. et ἐχθρός μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύ
λῃσι. Hoc tamẽ aliqñ fallit. Nã Theocri. ῥᾶστα in ῥάϊστα diſſoluẽs. α. produxit. Edyl.
λ. οὕτω γοῦν ῥάϊστα διάγ᾽ ὁ κύκλωψ ὁ παρ᾽ ἡμῖν. ¶ Muta pcedẽs.) ſexta regula.
Accidit hoc in eadẽ & i diuerſis dictionib9. Orphe9. ἀντείαντε ζηνὸς ὀρεσσιδρόμου
τε λάτρειαν. βατραχομυο. ἀλλ᾽ ἐπὶ λέκτρῳ ἰὼν ἄκρον δάκτυλον κατέδακνεν.
Dionyſi. πρὸς βορέην, αὖθις δὲ πρὸς ἑσπερίης μυχὸν ἕρπει. Itẽ. ἰλ. α. ἀΐδι προΐα
ψε. et. β. ἀλλ᾽ ὅγε μερμήριζε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν. Sed hæc cæſura quoq;
excuſari poterũt: & ſuperiorũ q̃dã monoſyllabo. Cæterũ q̃ndo muta & liq̃da i dirẽ
ptione ſũt, lõga manet pcedẽs uocalis, ut ἐκλέγω. De. μν. κτ. et. πτ. exẽpla ſubijciã.
Heſio. ἥ τε καὶ ἀπάλαμνόν περ, ὅμως ἐπὶ ἔργον ἐγείρει. et ἄκρον δάκτυλον κατέ
δακνε: q̃d modo citauimus ex batracho. ὀδ. δ. κύπρον φοινίκην τε καὶ αἰγυπτίους
ἐπαληθείς. Hic uocales ãte. μν. κτ. πτ. corripiũt. pductarũ paſſim occurrũt exẽpla.
Qua de cauſa in μέμνημαι κέκτημαι πέπταμαι et πέπτωκα cõſonãtes thematũ
repetunt ãte augmẽtũ. ε. in alijs tñ uerbis nõ repetunt, ut ἔκτανα ἐπτόημαι. Liq̃ſcũt
uero imutabiles etiã cõſonãtib9 ãtepoſitæ pſertim mutis. ut. ν. ãte. κ. ἰλ. ω. ἀλλ᾽ ἐγὼ
οὐδέν σε ῥέξω κακόν, καὶ δίκην ἄλλον. et ãte. χ. Heſiod. εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμα ἐγχώ

ριον ἄλλο ψ... et ante.τ.ἰλ.χ.τῶν μνῆσαι φίλον τέκνον ἄμυνε δὲ δήιον ἄτε δρα. et ante.θ. Dionyſi. καὶ τρίπολιν λιπαρὴν ὀρθωσίδα τε μαραθοῦντε. Interdum etiam ante immutabilem.ὀδ.ᾳσ.π.τηλέμαχω ὁδὸς ἥδε.φαμὲν δ' μήν μή τε λέξαι.Et ante uocalẽ.Dionyſi.τῶν δ' ἐπὶ βοιωτῶν τε πέδον καὶ λοκρῶν ἄρουρα. μ.quoq; liqueſcere deprehenditur ante mutã.ὀδ.λ.καί ῥα ἔχεν δύο παῖδας ἀμφίονά τε ζῆθόντε. Item.ρ.ante mutam.Orphe. παρθενίης ἀταρπους ἐπήρατον ἡρώεσσιν. Etiam.σ.non raro, præſertim ſequente muta.Aratus. ὥρη ἐσπερίη κραζει πολύφωνος κορώνη.ὀδ.ε.δῶκε δ' ἔπειτα σκέπαρνον εὔξοον.Itidem in σκαμανδρος.ἰλ.φ.et.χ. ¶Duæ quæuis.) ſeptima regula. Etiam hoc in una & diuerſis dictionibus contingit, rurſuſq; in diuerſis bifariam: aut finita præcedente in uocalem, aut in ſimplicẽ conſonantẽ.quæ omnia ſubiectis exemplis patent. Orpheus. ἔξοχα πὰρ μερόπων ἠγάσατο.Heſiod. δεῦτε δ' ἐννέπετε σφέτερον πατέρ' ὑμνείουσαι.ἰλ.α.κίλλαν τε ζαθέην.et.β.ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον.Callimachus. ἱερά τε ῥέζουσι τὸ δὲ ξίφος ἤματι κείνῳ.Idem πνεῖ φθιῶτα τί νῦν ἀνέμοισιν ἐρίζεις.quanquã talia cæſura quoq; uel monoſyllabo excuſari poſſunt.Cæterum multoties breuis manet in fine correpta.ἰλ.β.οἵ τε ζάκυνθον ἔχον.et.δ.ἱερῆς εἰς ἄστυ ζελείης. ¶Conſonans immutabilis.) octaua regula. cuius occaſione multa breuia produci deprehenduntur.ut ἀνήρ.ἰλ.β.ἀνέρες ἐστὲ φίλοι.et.δ.αἰπόλος ἀνήρ.Item.ὀδ.θ.εὖ μὲν τόξον οἶδα εὔξοον ἀμφαφάασθαι.Et κ.βῆν εἰς αἰόλου κλυτὰ δώματα.τὸν δ' ἐκίχανον.ἰλ.χ.πολλὰ λισσομένη οὐδ' ἔπορε θυμὸν ἔπειθεν. σ.quoq; quia liqueſcere alias ſolet, præcedentem breuem producit liquidarũ inſtar, maxime in fine dictionum. ut χαμαὶ πέσεν αἴγειρος ὥς.ἐστι πόλις ἐφύρη. στεῦται γάρ τι ἔπος ἐρέειν. In his.ρος.λις.πος.ſyllabæ alioqui breues.σ.ſequente cæſuraq; adiuuante producũtur. ¶Deriuatiua.) regula nona.cui,ne quis fallatur,moneo non eſſe multũ fidendum, fallit enim ſæpe. Nã μανικὸς primã producit,quũ μανία corripiat,& ab ἀεὶ.α.correpto ἀΐδιος & ἀέναος, primã producunt.Item à βότρυς βότρυος.υ.breui. βοτρυδὸν.et βοτρυφόρος.υ. producto uſurpantur,& βοτρυοκόσμος eodẽ correpto. Quando itaq; deriuatiua & cõpoſita multiplicia ſunt atq; ambigua, tutius erit è regulis ſpecialibus de ancipitib9 eorũ quantitatẽ petere. ¶Monoſyllaba quædã.) regula decima. Deprehendũtur aliquot monoſyllaba ita poſita, ut nihil impediant ſyllabã longam præcedentem, quominus obuiet uocali ſequenti, ut breuis fiat. ut.ἰλ.ψ.δευτέρῳ δ' αὖ βοῦν θῆκε μέγαν καὶ πίονα δημῷ. Heſiod. εἰ δέ κεν ἐργάζῃ τάχα σε ζηλώσει ἀεργός.δευτέρῳ.et ζηλώσει corripiunt ultimas ratione uocaliũ ſequentiũ, nihil obſtantibus monoſyllabis intermedijs.Quãdoq; è diuerſo,ita ut eadem per ſe nulla ratione producant.ἰλ.ψ.



τοῦ λυκόοργος ἔπεφνε δόλῳ οὔτι κράτεΐ γε. Interdum monoſyllaba ipſa breuia producũtur.ἰλ.γ.τεύχεα μὲν οἱ κεῖται ἐπὶ χθονί. Et iterum ὧδε δέ τις εἴπεσκεν.Et iterum ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ὄπα τε μεγάλην ἐκ στήθεος ἵει.et.α.ὃς ἤδη τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα.et.λ.ἐλθὼν γὰρ ἐκάκωσε. Quanquã horum pleraq; liquida excuſare poteſt. Diſſyllaborũ quoq; breuium prior producta inuenitur,quũ poſterior per apoſtrophũ amittitur.ἰλ.γ.ἤματι τῷ ὅτ' ἦλθον ἀμαζόνες ἀντιάνειραι. ¶Syllabæ nõnunquã.) Regula undecima.ſiue obſeruatio præcæteris notanda: tanquã præcipua & inſignis origo licentiæ poeticæ.Homer. οὔ τίς τοι θεός εἰμι.τί μ' ἀθανάτοισιν ἐΐσκεις. Et iterum πριαμίδης ἕλενος. Eadem de cauſa etiã natura breues produci deprehendũtur.ut ὀδ.ᾳσ.θ.ἄρσενες ὄϊες ἦσαν εὖτρεφέες δασύμαλλοι. ὄϊες dactylus eſt. Item.ὀδ.ᾳσ.λ.βῆν δὲ κατὰ λοφάδια φέρων ἐπὶ νῆα μέλαιναν.et.ξ.τόσσα συῶν συβόσια, τόσ' αἰπόλια πλατέ' αἰγῶν.hic in συβόσια,et illic in λοφάδια.ι.alias breue producitur.Idem ὀδ.ᾳσ.ν. πρέσβυτατον καὶ ἄριστον ἀτιμίησιν ἰάλλειν. et.θ.ὅς ῥ' ὑπερησίην ἀπενάσσατο πατρὶ χολωθείς.utrobiq; ι.penultimũ alias breue, ob utrinq; ambientes longas producitur. Sic ὀδ.ᾳσ.χ.ὡς κακοεργίης εὐεργεσίη μέγ' ἀμείνων.Dionyſi. καὶ ποσειδήια ἔργα καὶ ἱερὰ τέμπεα δάφνης.hic lõga corripi.t.καὶ ποσεῖ dactylo. Sic.ἰλ.π.ὃν πότμον γοόωσα λιποῦσ' ἀνδροτῆτα καὶ ἥβην. ποῦσ' ἀνδρο dactylus.Huiuſmodi multa in lectione poetarũ occurrunt: quæ nos ubi indicandi occaſio aderit, identidẽ repetere non grauabimur. ¶Dialecti.) duodecima regula. Iones & poetæ.α.longũ mutant in.η.ut φιλίη pro φιλία,νεηνίς pro νεανίς. Iidem etiã η.mutare ſolent in.α.breue.Contra Dorici.η.in.α.longũ.ut ἁδὺ, pro ἡδὺ, et ἁ pro ἡ articulo. Exempla paſſim ſunt apud Homerũ & Theocritũ. ¶Peregrinæ uoces.) regula decima tertia. Latinas dictiones interdũ latinis regulis cõgruentes deprehendimus, aliquãdo repugnantes.ut in Epigrãmate Palladæ. ἦν ὁ φίλος τι λάβῃ, δόμινε φράτερ εὐθὺς ἔγραφεν. ἢν δ' αὖ μήτι λάβῃ, τὸ φράτερ εἶπε μόνον. hic in δόμινε media eſt breuis,ſicut apud latinos: at in φράτερ.α.contra rationem latinã corripitur, ut alias in πατήρ. Puto autẽ cõſultius latinas regulas ſequi, præſertim in nominibus locorũ,quæ crebrius in latinis poetis legũtur, quã in græcis.ut in Luſitania.Mauritania.Sabini.Labicũ.& alijs. Nõnus poeta Panopolitanus in paraphraſi in euangeliũ. D. Ioãnis perpetuo corripit.α.in πιλᾶτος, δηνάριον, σουδάριον,iuxta græcã uidelicet rationẽ.quæ in his latinorũ regulis aduerſatur.Verum hoc ignorãtia fortaſſe linguæ Romanæ, magis quã cõtẽptu ab eo factũ eſt:quippe qui in eodem operæ ſudariũ ſyrũ uocem eſſe autumet.Alij rurſus eiuſcemodi nominibus latinam quãtitatem tribuunt. ſicuti eſt in epigrãmate. ἠγόρασας χαλκοῦν

μιλιάριον ἠλιόδωρε. *Voces Hebrææ Syræ & Chaldææ incertã ut plurimũ quãtitatem habent. Grego. Naziã. de Chriſti genealogia.* Σὴθ πέλε. τοῦ δ᾽ ἄρ ἐνὼς. τοῦ τέτρατος ἦε καϊνάν, *et mox* ἐκ τοῦ δ᾽ ἀρφαξὰδ καϊνὰν σαλά. τοῦ δ᾽ ἐνέπουσι. *In priori loco mediã* τοῦ καϊνὰν *produxit, in poſteriori corripuit. Ibidem in uno uerſu & longũ facit & breue .α. in dictione* φαλὲκ, *ſic ſcribens.* υἱὸν ἔβερ, ἔβερος δὲ φάλεκ παῖς, ἐκ δ᾽ ἄρα φαλέκ. *Ad hæc* τοῦ Ἀδὰμ *priorẽ ſæpe idem facit longã, Nõnus cõtra breuem. Hic quoq; .α. in* ἀμὴν, *et .ι. in triſyllabo* Ἰησοῦς *indifferenter uſurpat. Cæterũ in iſtiuſmodi conſtãtia imprimis probatur. De latinis non eſt opus ſigillatim præcipere: quãdo ad hoc nõ ſpectat inſtitutũ: et à multis id copioſe preſtitum eſt. Ab hebraicis ut incertis cõſulto abſtinemus, ſtudioſos ad Gregoriũ, Nõnũ et Damaſcenũ mittẽtes. In Perſicis Aegyptijs Punicis, et alijs, præſertim quæ nomina ſunt propria, conſultius puto græcorũ proportionem ſequi: ubi exemplar nõ ſuccurrat, qđ imitemur. Deniq; generales huiꝰ capitis regulas niſi in prõptu habuerit græcorũ carminũ cãdidatus: fruſtra hic exercebitur. Occurrẽt quippe ei quã plurimi uerſus menſura ambigui, ad quos aut hærendũ illi turpiter ſit, aut grauiter delirãdũ. Qualis eſt apud Orpheũ in hymnis.* ἀστραπαῖε βρονταῖε κεραύνιε, φυτάλμιε Ζεῦ. *Et apud Home.* ὦ ἀχιλεῦ πηλέως υἱὲ μέγα φέρτατ᾽ ἀχαιῶν. *et.* ἰλιάδ. ο. τρεῖς γάρ τ᾽ ἐκ κρόνου εἰμὲν ἀδελφεοὶ οὓς τέκετο ῥέα. *et alij ſimiles ſuperius citati.*

## De certarũ ſyllabarũ quãtitate regulæ aliæ minus generales. Ca. ις.

ANceps ingreſſa mediam compoſitionem, plærumq; corripitur. vt ι. in καλλιπάρθενος λυσιμελής. α. in μεγάθυμος. υ. in ἡδυεπής.

I. geminationum corripitur. vt in τιταίνω τίθημι.

Particulæ tantum in compoſitione repertæ, non ſequente ſyllaba quæ impediat, ſuas accipites corripiũt, videlicet. ἀ. ζα. ἀρι. ἐρι. βρι. δυσ. vt ἄκοσμος. ζάθεος. ἀρίδηλος. ἐρίβωλος. βριάρεως. δύσερως.

Præpoſitionis ãceps nõ ſequẽte poſitione corripit. vt κατὰ διὰ ἀνὰ περί.

Verba ex barytonis facta circũflexa, præſertim quæ vocalem ex diphthongo penultimæ amittunt, corripiunt ancipitẽ in penultima relictam. vt πιθῶ. à πείθω, δαῶ à δαίω, ſic τιῶ à τίω, κυρῶ à κύρω, φυρῶ à φύρω.

Anceps incœptiua thematis breuis eſt. ſæpe tamẽ producitur in præteritis occaſione augmenti. vt in ἰάχω ἴαχον, ἱκάνω ἵκανον, ἱκόμαι ἱκόμην. Item in. ἆσαι, ἄσασθαι. quibus accedunt ἆραι et ἄρας, ab αἴρω. quanquã hæc ſunt qui contracta eſſe dicant ex ἀέσαι ἀέσασθαι, ἀεῖραι ἀείρας.

Quanta eſt vocalis in primitiuo, tanta tranſit ad poſſeſſiuũ. vt ἰδαῖος prima lõga, quia ἴδη. Itẽ quãta eſt vltima ſyllaba in maſculino, tãta trãſit ad



fœmi. vt in πίειρα πᾶσα primæ ꝑducũtur. quia eædẽ ĩ maſculinis ſũt lõgę.

Omne participium fœmininum actiuum penultimam habet longam.

Participia maſcul. actiua vltimã habent longam. Fœminina vero in .α. et neutra quælibet non cõtracta, breuem. præter futurũ ſecundũ. τὸ τυποῦν.

Noia finita ĩ. οεις. adiectiua ꝓcedẽtẽ vocalẽ hñt correptã: & quartã à fine productã, quũ tres excedũt ſyllabas. vt ὑδατόεις ἰόεις χιονόεις δακρυόεις.

Nomen maſculinum aut fœmininũ in immutabilem deſinens, vltimam producit, neutrum corripit.

Anceps finalis in nominibus neutris non contractis corripitur.

Anceps ãte cõſonãtẽ duplicẽ, licet poſitione lõga ſit, natura tamẽ corripit. vt in ἁρπάζω βαδίζω κλύζω, αὖλαξ κατῆλιψ κῆρυξ. Exceptis noibꝰ maſculinis diſſyllabis finitis in .αξ. penultimã natura ꝑducẽtibꝰ: quæ .α. habẽt natura lõgũ nõ poſitione. neq; enĩ vtrũq; ſimul eſſe poteſt. vt ὁ θώραξ φαίαξ: et eorum cõpoſitis, vt ὁ λινοθώραξ ὁ φιλοφαίαξ. præter κύαξ. σύαξ. ὕλαξ. producunt quoq; κόρδαξ νέαξ φέναξ, et polyſyllaba. vt ἱέραξ. Item πρᾶξις et χαμᾶζε aduerbium. et præterita ab ancipiti incipientia. vt ἴξευον.

SCHOL. *Has regulas à præcedẽtibꝰ ſepoſuimꝰ: ne multitudo cõfuſioni eſſet aut terrori. Quarũ exceptiones ĩ regulis de ſitu ãcipitũ paulo poſt ſubijciemꝰ.* ¶ *Anceps ingreſſa.) Hoc nõnunquã fallit. ut in* τιμᾱγήτης ἰθᾱγενὴς διδυμᾱτόκος, πυρίπολος, πανᾱύπνους, *et alijs inferiꝰ excipiẽdis.* ¶ *I. geminationũ.) et hoc fallit, nõ in ꝑteritis tãtũ, ſed et ĩ thematis, q̃ fiũt ab alijs poſitione productis. in qbꝰ ſublata poſitione, manet .ι. natura productũ. ut in* γίνομαι. *qđ fit à* γίγνομαι, *et* γινώσκω *à* γιγνώσκω. ¶ *Particulæ.)* ἰλ. β. ὅς ῥ᾽ ἔπεα φρεσὶν ᾖσιν ἄκοσμά τε πολλά τε ᾔδη. *et.* α. κίλλαν τε ζαθέην, τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις. *Orphe.* εὔβουλε πολύμορφε τροφὴ πάντων ἀρίδηλε. *Proclus Lyciꝰ.* ἀτραπιτοῦ ζαθέης ἐριφεγγέος ἀγλαοκάρπου. ἰλ. σ. ἐρήγνυτο. ταὶ δ᾽ ὅτε δὴ τροίην ἐρίβωλον ἵκοντο. *et.* α. ὃν βριάρεων καλέουσι. *Theocri.* ἆ δύσερώς τις ἄγαν καὶ ἀμήχανός ἐστι. *Hoc autẽ intelligẽdũ eſt citra poſitionem et cõtractionẽ. nã* ἄσπουδος ζαής. *et ſimilia producũtur.* ¶ *Præpoſitionis.) Poetarũ licẽtia quãdoq; hoc præterit, ut in* παρὰ *et* σὺν, *occaſione ĩmutabiliũ.* ἰλ. λ. παρειπών, ἀγαθὴ δὲ παραίφασίς ἐστιν ἑταίρου. *Dionyſi.* παραλίην ναίουσιν ἔσω σερβωνίδος ἅλμης. *Arat.* συνεχὲς αἰεί. *Itẽ in* διὰ. ἰλ. γ. διὰ μὲν ἀσπίδος ἦλθε φαεινῆς ὄμβριμον ἔγχος. *et.* δ. διὰ μὲν ἄρ ζωστῆρος ἐλήλατο δαιδαλέοιο. *Et in cõpoſitione. Nõnꝰ.* διάβολος νέος ἄλλος ἐν ὀψιγόνοισιν ἀκούων. *ob ſequẽtes breues produxit .ι.* ¶ *Verba ex baryto.) notanda regula quæ plurimũ tollit ambiguitatis è uerbis.* ¶ *Anceps inceptiua.) inde eſt quod in præſentibus* ἱκνέω ὑβρίζω, *et ſimi-*

ibus, anceps breuis eſſe traditur à grãmaticis, in præteritis uero longa. ¶ Quanta
eſt.) Hæc regula poterat omitti. quãdoquidem in nona capitis præcedẽtis includitur.
Cæterũ de ſyllabis quæ nõ uariantur hoc totũ eſt intelligendũ: quod ipſum adhuc
ꝑpetuũ nõ eſt, ut mox docebitur. ¶ O mne participiũ.) ut ἡ τύπτουσα τετυφυῖα,
τιθεῖσα, διδοῦσα. Item hæc τύψασα, ἱστᾶσα ζευγνῦσα. quæ fiunt à maſculinis ul
timã producẽtibus addito. α. His addi poterũt participia. aoriſt. paſſiuorũ. ut τυφθεῖ
σα, τυπεῖσα. ¶ Participia maſculina.) ut ὁ τύπτων τετυφὼς, τιθεὶς διδούς.
Itidem ὁ τύψας, ἱστὰς, ζευγνύς. Quædã maſculina fœminina & neutra tono indi
cant quãtitatem. Nã ποιήσας acuto demonſtrat ultimam produci: τὸ ποιῆσαν cir
cũflexo corripi: item τύπτουσα τύψασα antepenultimæ acuto, ultimã eſſe breuẽ.
¶ Nomina finita.) in his quandoq; fallit regula ſuperior de poſſeſſiuis. Nam ab ἰὸς
ideſt uenenũ producto. ι. ἰόεις uenenoſus, idem habet breue apud Nicandrũ. Item à
χιὼν nix breui. ι. χιονόεις eadem longa reperitur, quãuis χιονωτὸς et χιονώδης
quantitatẽ ſimplicis retineant. Exẽpla ſuppetunt apud Nõnum & alios. ¶ Nomen
maſculinũ.) πῦρ et πᾶν neutra producũtur & pauca alia è maſculinis ac fœmini
nis in ultimis ſyllabis indicanda. ¶ Anceps finalis.) ut τὸ μέγα σῶμα, εὔχαρι
μέλι, ἡδὺ γόνυ. Itidem de pluralibus eſt accipiendũ. τὰ μεγάλα. σώματα. Exceptis
contractis quæ producũtur. ut τὰ κρέα. σινήπι. ¶ Anceps ante.) Et ſi quidã uniuer
ſaliter negent, ancipitẽ natura produci ſequẽte duplici: apparet tamen id aliquãdo ac
cidere. ut in θώραξ πρᾶξις χαμᾶζε. Cæterũ quoniã apud poetas manente poſitione
fere productæ reperiuntur: ſatis habuimus id hoc in loco ac deinde capite ſequenti
admonere. ne in regulis de ancipitũ quãtitate ſecundum ſitum ſigillatim repeteretur
α. ι. υ. ante. ζ. ξ. ψ. natura corripi. Apparet autẽ corripi ex declinatione in nominibus.
quãdoquidẽ obliqui finitorũ in. ξ. et. ψ. ut capite ſequẽti dicetur, penultimã fere corri
piunt. Item tono, quem φοῖνιξ κῆρυξ. et ſimilia habent circũflexum, ultima uidelicet
breui. longa quippe ante longã non circũflectitur. Itẽ in uerbis finitis in. αζω. ιζω. υζω.
quia futura & aoriſti, dimiſſa poſitione, breuẽ ſeruant ancipitem. ut ἠρπάσαν ἐφή
μισαν ἐρίσαντε ἔκλυσε. quæ tamen poetæ more ſuo producere audent: præſer
tim quũ utrinq; incidit lõga. ut in ἀκοντίσας ἐφοπλίσας. et quũ duæ ſequũtur
breues. ut in λιῖσατο ὡπλίσατο. ubi. σ. etiã geminare ſolẽt, ut in cremẽtis dicet.

## De cremẽto & q̃titatis variatione ĩ inflexionibꝰ noĩm & ꝑticip. Ca. 16.

QVanta eſt anceps vltima in recto ſingulari nominũ & participiorũ
imparũ, tanta fere manet in obliquis, quũ cremẽto fit penultima.
vt in δορκὰς δορκάδος δορκάδι δορκάδα. α. vbiq; corripitur: rurſus in
πᾶν πανὸς πανὶ πᾶνα, vbiq; producitur. Excipiũtur πῦρ et ἅλς. quæ
licet



licet producantur in rectis, corripiũtur tamen in obliquis. πυρὸς ἁλός.
Aduertendũ eſt nomina finita in duplicem pręcedente ancipiti, quũ eam
in recto natura breuem ſed poſitione longam habeant, in obliquis natura
breuem retinere. vt αὖλαξ σκύλαξ κίλιξ κάλυξ, ἄραψ κατῆλιψ χάλυψ, αὔ
λακος σκύλακος κίλικος κάλυκος, ἄραβος κατήλιφος χάλυβος. Demptis diſ
ſyllabis maſculinis in. αξ. penultima producta. q̃ & in recto & in obliquis
α. natura longũ habent. vt θώραξ. et reliquis ſuperiori cap̃. indicatis. Quibꝰ
adiiciẽda nũc veniũt. γύψ, γρύψ, ἴψ, ῥίψ, ancipitẽ in obliquis natura pro
ducẽtia, in rectis poſitione. λαίλαψ, vero in recto acuta priori cõſtãter ſcri
ptũ reperio. quo indicatur poſteriorẽ natura produci, q̃ tamen in obliquis
corripitur. λαίλαπι μαστίζων. &c. Quæ vero in. ιξ. et. υξ. deſinunt, recti pe
nultimã producentia. ι. finale habent in recto natura breue, tametſi poſitio
ne longũ: at in obliquis natura productũ. vt φοῖνιξ φοίνικος, τέττιξ τέττι
γος, κῆρυξ κήρυκος, κόκκυξ κόκκυγος. Demptis fœmininis finitis in. ιξ. et aliis
in. λιξ. et compoſitis in. υξ. Quæ ancipitem in obliquis, ſicut in recto, na
tura breuem conſeruant. vt κύλιξ κύλικος, ἧλιξ ἥλικος, σύζυξ σύζυγος.
Ad hæc oxytona diſſyllaba fœminina finita in. ις. declinata per. δ. quæ
penultimã recti habent productam, dum modo diminutiua non ſint nec
propria: quũ in recto. ι. corripiant, in obliquis plærumq; producunt. vt
ἡ κνημὶς κληῒς βαλβὶς, τῆς κνημῖδος κληῖδος βαλβῖδος. Triſyllaba tamẽ. ι.
breue cõſeruãt, qualiſcũq; ſit penultima recti. vt αὐλητρὶς αὐλητρίδος, στρα
τηγὶς στρατηγίδος. Niſi q̃ ea q̃ penultimã ſimul & antepenultimã hñt corre
ptas. ι. ipſum ꝑducũt. vt βατραχὶς πλοκαμὶς. βατραχῖδος πλοκαμῖδος.
Porrò genitiuus deſinens in. θος. penultimam in obliquis habet lon
gam. vt μέρμιθος ὄρνιθος ἄγλυθος κώμυθος. excepto κόρυθος, correpto in obli
quis ſicut & in recto.
Nomina quælibet finita in. υς. ſiue longũ habeant. υ. in recto ſiue breue,
in obliquis correptũ tenẽt. vt ἰχθὺς ἰχθύος, ὀφρὺς ὀφρύος, μῦς μυὸς, δρῦς
δρυὸς, πηλαμὺς πηλαμύδος. Exceptis dicatalectis, quæ longũ cõſeruant
υ. vt ὁ φόρκυς τοῦ φόρκυνος, vel φόρκυ. Homer. ὀδ. α. φόρκυνος θυγάτηρ. He
ſiod. κητὼ ὁπλότατον φόρκυ φιλότητι μιγεῖσα. Quum vero declinatur
τοῦ φόρκυος, correptum ex aliorum proportione, ſicut βότρυος. &c.
Datiuus pluralis æqualem penultimã vult habere cum ſingulari. Ideo q̃
πᾶσι ἅπασι, et ſimilia, eam productã retinent, ſicuti παντὶ ἅπαντι. Cæ
terum. α. metaplaſmi breuẽ eſt, vt ἄστρασι ἔγκασι. Item quũ in quibuſdã

interponitur, ἀνδράσι πατράσι μητράσι θυγατράσι.

Quū par obliquꝰ, impar dialecto efficitur: penultimā producit. vt ἀγχίσης ἀγχίσου καὶ ἀγχίσαο, ἀΐδης ἀΐδου καὶ ἀΐδαο. Item τῶν μουσᾶν καὶ μουσάων, τοῦ λόγου καὶ λόγοιο, τοῖν λόγοιν, καὶ λόγοιϊν, τοῖς λόγοις καὶ λόγοισι, ταῖς αἰνείαισι, ταῖς μούσαισι καὶ μούσῃσι. πηληϊάδεω vero et ſimilia, & ſi penultimā corripiūt: ſynizeſi tn̄ producūtur. Idē cōtingit in imparibus. nā κεράατος et τεράατος. α. prius hn̄t ꝓductū, κέρατα vero et τέρατα breue.

Participia imparia incōtracta, ſola poſitione ſuas vocales ſimplices inflectendo producunt. Ideoq; circūflecti nolunt. vt τύψαντος ἱςάντος τύπτοντος τυφθέντος. Sunt quæ natura correptas habent. vt τετυφότος. Penultimam vero eiuſdem fere quantitatis ſeruant cum ſuis temporibus. Participia ionica à præteritis in. α. purum, penultimam corripiunt: ſicut ſua præterita. vt ab ἕςαα ἑςαώς, à δέδια δεδιώς, à μέμαα μεμαώς.

Latina nomina latini crementi regulis ſubiicere conſentaneum eſt, quę magna ex parte græcas æmulantur. Nōnus. καίσαρι τιβερίῳ.

SCHOL. *Syllabæ nominū antepenultimæ & penultimæ immotæ, item ultimæ mobiles, per regulas peculiares de quātitate ancipitū ſecūdū ſitū ueniunt explorādæ. ut in πυραμίς. πυ. lōga eſt. ρα. breuis. ις. ſimiliter breuis. ut inferius in. υ. ante. ρ. et α. ante. μ. et. ις. terminali apparebit. Item in πυραμίδας, ultima breuis. Nā. ας. terminalis corripitur. Quæ uero ob cremētū fiunt penultimæ ex ultimis in obliqs noīm impariū, ſeorſum tanq̄ mobiles & uariæ nūc explicabūtur. ut puta in πυραμίδος, πυραμίδι, πυραμίδα. μι. ſyllaba dicit̄ habere cremētū. tametſi creſcēs ſupra rectū, ultima eſt. Quoniā igitur ſæpe accidit, ut ea ſyllaba nō ſit ī obliqs eiuſdē quātitatis cū recto: neceſſe eſt eā uarietatē diſtinguere. Illud autē hic recolēdū qd̄ ſupra monuimus. quādoq; ancipitem breuē ob alias uicinas breues, ſiue alioq longas produci. Id enim nō raro accidit in obliquis noīm. Muſæus.* γείτονές εἰσι πόλιες. *Idē.* σηςιάδος ἀπὸ πόλιος. *Hic in* πόλιος, *et illic in* πόλιες. ι. *alias breue, lōgū efficitur. Itē. ὀδ. β.* αἰθέρι πέλασε. *Hic quoq;. ι. alias breue, producitur. Dionyſi* μυσοί τε βορειότεροι θρηΐκων. *Et iterū.* αὐτοί τε θρηΐκες ἀπείρονα γαῖαν ἔχοντες. *utrobiq;. ι. ī obliqs producitur: quū alias apud eūdē nō ſemel corripiatur in eadē dictione, & in* θρηΐκιος. *Itē in epigrā.* θρηΐκας αἰνείτω τις. *&c. Sic apud Nicādrū penultimæ ī genitiuis* ὑηδύων κρομμύων μελανθίου, *occaſione ambiētiū lōgarū producūtur. Idipſū ī penultimis participiorū nō raro accidit. Nā. α. qd̄ in* μεμαώς μεμαῶτος *breue eſt, in* μεμαότες *p. o. prætextu breuiū producitur apud Home. Aduertēdū autē poetas etiā alibi cremēti ſyllabis abuti. nā Home. ubi. ἰλ. β. ſcribit* χαίρετε κήρυκες διὸς ἄγγελοι. υ.



*producit. alibi corripit,* κήρυκι ἠπυτίδῃ. *Idē illic* βεβρύκων βασιλῆος. βρυ. *facit longū: alibi* οὐδ᾽ ἄρα βέβρυκες ἄνδρες ἀκήδησαν βασιλῆος, *breue. Iidē in nominibus deſinētibus in. ις. præcedētibꝰ duabꝰ breuibꝰ, interponere ſolent. η. ut in obliqs poſſit remanere. ι. breue. ut* παγασηΐς ποταμηΐς. παγασηΐδος, ποταμηΐδος.

## De cremento & variatione penultimæ in verbis. Cap̄. 17.

QVanta eſt penultima anceps in themate verborū, tanta eſt manens in parataticis. vt κρίνω ἔκρινον. vtrobiq;. ι. producto.

Ad hæc tanta ſolet eſſe anceps in temporibus aliunde formatis, quanta erat in illis vnde formata ſunt. vt κρινῶ, κέκρικα κέκριμαι, correpto. ι. cōtra ἔκρινα, κρῖναι ὁ κρίνας eodem producto. præter ſubiectis regulis contenta.

Futura quintæ coniugationis penultimā ſemp corripiunt. vt κρίνω κρινῶ, μολύνω μολυνῶ, ψάλλω ψαλῶ, αἴρω ἀρῶ. Futura à verbis barytonis in. ιω. et. υω. plærumq; penultimam producunt: licet themata varient. vt μηνίω κυλίω λύω, μηνίσω κυλίσω λύσω. Item à finitis in. αω. præcedēte vocali aut. ρ. vt ἐάω ἐάσω, φυράω φυράσω. Futurum à themate habente in penultima ancipitem longam poſitione. ζ. vel. πτ. ſiue. σσ. ſublata poſitione, breuem retinet ancipitem. vt ἁρπάζω ἁρπάσω, νομίζω νομίσω, κλύζω, κλύσω, πλάττω vel πλάσσω, πλάσω.

Aoriſt. primus in verbis quintæ cōiugationis penultimā producit ſemper: in aliis variat. quanq; vt plurimum futurum ſequitur. Aoriſt. ſecūdus ſupra duas ſyllabas à themate barytono penultimam corripit. vt ἔτυπον ἔλιπον ἔλαβον. niſi q̄ poſitione producitur in quibuſdam ortis à themate habente conſonantem mutam immutabili ſuppoſitam. vt ἥμαρτον ἔπαρθον ἔδαρκον, ab ἁμαρτέω πέρθω δέρκω. Tranſlata autem poſitione per metatheſin, ad naturam ſuam rediens corripitur. vt ἔπραθον ἔδρακον.

Paracimenos cōmunis ſeruans ancipitē penultimā futuri eiuſdē quantitatis eam retinet, vt κρινῶ κέκρικα. Notanda verba finita in. υπτω. quæ ancipitem in paracimeno natura longam habent, vt κύπτω κέκυφα. quam tamen in themate natura breuem eſſe volunt, qui præcipiunt: verba quęcunq; in. πτω. deſinentia ancipitem præcedentem habere breuem, vt βλάπτω τύπτω: exceptis ῥίπτω et πίπτω. Quoties autem deſinens in. κα. abiicit ionice. κ. penultimam corripit. vt à βέβηκα βέβαα, ab ἕςηκα ἕςαα, à δέδοικα δέδια, à πέφυκα πέφυα. Porrò quū attico more duas literas primas thematis initio recipit: penultimam ſimul corripere ſolet, vt ἀλείφω ἀλήλιφα, ἐλεύθω ἐλήλυθα, ὀρύττω ὀρώρυχα.

Aoriſti imperatiuorū finitorum in. θι. et infinitiuorū in. ναι. penultimā producunt. vt ϖῖθι φᾶθι, κρῖναι λεᾶναι. ſimiliter δῦθι κλῦθι. qui facti ſunt per metaplaſmū à δύε κλύε. τέτλᾰθι tamen τέθνᾰθι δέιδῐθι κέκλῠθι ὄρνῐθι et ἴθι eandem corripiunt. quæ à quibuſdā præterita perfecta putātur. Itē à verbis εἰς μι infinitiua in. αναι. et. υναι. penultimā corripiunt. vt ἱςάναι τεθνάναι ζευγνύναι. ſicuti etiam τιθέναι et διδόναι. Item aoriſti imperatiuorum in. θι. in formationibus notati, ἕθι, θέτι, δόθι.

Anceps. α. creſcens in verbis natura corripitur. vt in ἐτυψάμην, τετύφᾰμεν, τυψᾰ́τω. alicubi tamen poſitione producitur, vt in τύψᾱσθαι. alicubi etiam natura: videlicet in tertiis pſonis pluralibus finitis in. ασι. τετύφᾱσι. A. ἰωνικῶς additū in tertiis perſonis pluralibus paracimeni & hyperſyntelici paſſiuorū corripitur. τετύφᾰται διδαίᾰται ἐτετύφᾰτο. et in optatiuo τυψοίᾰτο. in præſentibus tamen verborū in. μι. producitur, τιθέᾱσι διδόᾱσι ἱςᾶσι ζευγνύᾱσι. quia omnis verbi deſinentia in. σι. producit penultimā.

In perſonis autē deſinentibus in. α. quoties alterū. α. contiguū interponitur, eiuſdē eſt quātitatis cū ſyllaba præcedenti. vt in μαιμᾱ́α μνοινᾱ́α. α. penultimū producit. Cōtra in βοᾰ́α μεμᾰ́α μηχανάᾰται corripitur. his adiiciātur Ionica illa ἐσᾰ́ωσε pro ἔσωσε, σάου pro σῶζε. et ſimi. α. corripiētia.

In verbis in. μι. penultima vocalis thematis actiui longa eſt: & longa durat vſq; ad tertiā perſonā ſingularem thematis & paratatici & aoriſti. vt ζεύγνῡμι ζεύγνῡς ζεύγνῡσι, ἐζεύγνῡν ἐζεύγνῡς ἐζεύγνῡ, ἔδῡν ἔδῡς ἔδῡ. In perſonis vero dualibus & pluralibus & in infinitiuis inde formatis breuis fit. ἵςᾰτον ἵςᾰμεν, ζεύγνῠτον ἐζεύγνῠμεν. ſic ἱςάναι ζευγνύναι infinitiua. quæ inde formentur. item φάναι à φημί. nam à φαίνω, φᾶναι producitur. Cæterū in aoriſt. β. vel ſi malis paratatiços vocare, verborū diſſyllaborū in. μι. lōgū pperuo reperitur. υ. vt ἰλ. ζ. et. κ. ἐδῡ́την. et. οδ. ω. ἔδῡτε. Præterea in horū quoq; præteritis actiuis penultima producitur, idq; opinor ppetuo in omnibus perſonis: quādoquidē id tēpus peculiare non eſt verborū in. μι. ἕςᾱκα ἕςᾱκας. &c. Poſtremo præſentis præteriti & aoriſti primi paſſiuorū, deinde etiam aoriſt. mediorū penultima corripitur. Quin & ſyllaba eadem in reliquis ab his formatis durat breuis. vt in ἵςᾰμαι ἱςᾰ́μην, ἕςᾰμαι ἑςᾰ́μην, ἐςᾰ́θην ςαθῆναι ςαθείην.

